


IVXTA EST DOMINVS HIS QVI
TRIBVLATO SVNT CORDE

NATURALIUM

ALBERTI

1516

136 also 1073

N ix Alb

9C (19) E. 336 (1)

(2)

Paruulus

Philoſophie natu-
ralis: cũ expoſitione textuali
ac dubioꝝ magis neceſſa
rioꝛũ diſſolutiõe/ad in-
tẽtionem Scoti cõ-
geſta in ſtudio
Cracoui-
enſi.

THOMAS POSNANIENSIS
de excellenti philoſophiæ uti-
litate, ad Lectorem.

In quodcũqꝫ uoles ſtudium ſi reſpicis, illic
Præcipuũ retinet philoſophiæ decus.
Hac rerũ cauſas noſces, quibus oĩa ſubſunt,
Qua ſine nulla unqꝫ laus tibi in arte datur.
Sed laudare ſatis poterit quis philoſophiam?
Magna eſt atqꝫ potẽs, libera, clara, ſacra.
Quę cũ ſcriptorũ per mille uolumina ſparſa eſt,
Hic breuis effectum regula quæqꝫ dabit.
Cuius cũ ſtudium quęris iam lector amande,
Exiguũ hũc promptus uolue reuolue librũ.

ANDREAS HARTMANNI
Argentinus, Lectori. S.

Habes ſtudioſe lector ſuccinctũ necnon fructuoſum in phi-
loſophiæ naturalis ἐπιτομὴν interpretamentum, in Cracoui-
enſi gymnaſio ad Scoti intẽtionem exactiſſime cõcinnatum.
Quod iã margineis illuſtratũ annotatiũculis, typo elegãtiori
(nõnullis labeculis qbus antea infectũ erat, deterſis) propaga-
tum, obuijs (ut aiunt) manibus amplexare. Nec quidem abre
noſtrum iſtud opuſculum Paruulus a plæriſq; nuncupari ſo-
let: Quæ em̃ in uarijs philoſophorum, præſertim phyſicorum
codicib⁹, ſinuoſis quęſtiũculis ambagibusq; plurimis ſparſim
leguntur: quæ profecto tenerum & adhuc rudem diſcipulum,
philoſophicas præceptiones attentare ſatagentem retundunt,
atq; prorſus ab inſtituto alienant, illa inquã hoc in exiguo li-
bello clariſſime ac ſtrictim offendes. Quibus tãdem imbutus,
proculdubio ad ſublimiora quæq; hinc ſtudia longe habilior
redderis. Vale. Baſileę: Ex officina litteratoria Adæ Petri. An-
no. M.D.XVI. viij. Kalen. Octobres.

Quõ inuẽte ſunt ſcientie.

ARiſtoteles philoſopho-
rum princeps: oſtendens in fine ſecũdi Elenchoꝝ
modum quo ſcientie ſunt inuẽte/dicit primũ inuenta
fuiſſe q̃dam parua que a poſterioribꝰ particulariter
elaborata continue augentur donec ſcientia cõpleatꝰ.
Illud aũt qđ in principio inuentũ fuerat/licet ſit par
uum magnitudine:maximũ tñ virtute eſt ⁊ vtilitate:
principiũ enim eſt oĩm que poſtea addunt̃:quo fit vt
difficillimum ſit cognitu: quanto eñ minꝰ eſt magni
tudine ⁊ maius virtute/tãto videri difficilius:ſed il/
lo inuento facile eſt addere ⁊ augere reliquũ. Quibꝰ verbis Ariſtotelis clare pa/
tet/ꝙ̃ vtilis ſit cognitio huius libri qui Paruulus philoſophie vulgo dicit̃:in q̃
principia philoſophie naturalis tradunt̃:collecta ex tribus libris Ariſtotelis/ eiſ
demꝙ in philoſophia vtilioribus:qui ſunt Phyſicoꝝ/ de generatiõe ⁊ corruptio
ne/ac de anima:in quibꝰ libris p̃ncipia philoſophie inter alia multa q̃ ibi obſcure
ac diffuſe tractant̃ latitantia/ vix a magnis ingenijs multa doctrina adiutis vide/
ri dinoſciꝙ poſſunt:hic vero cõpendioſe in ordinẽ redacta ſunt. Quãobrem ado/
leſcentes philoſophie ſtudioſi ſi operaꝫ dent vt vtiliſſima p̃ncipia philoſophie ex
hoc paruulo opuſculo primũ addiſcãt:ac veluti firma ſtructure ſciẽtiaꝝ fundamẽ
ta in animo ſuo iaciãt. Quod vt facilius efficere valeant/nos adiutore deo acceſ/
ſum ad illa facilẽ que aſpera vident̃/planãdo aperiemus. Cauebimꝰ etiã ne prin/
cipia philoſophie rurſus tegant̃ ea multitudine ac obſcuritate dictoꝝ a qua ſe eſſe
ſegregata hic gaudent:cõuenit eñ vt in paruulo philoſophie/paruula paruuliſꝙ
accõmoda dicant̃. Nemo itaꝙ hic a me expectet multiplices queſtionũ diſſolutio
nes ſm varias in philoſophia opiniões: ſed cum p̃ncipia philoſophie naturalis
hic collecta ex ſententia doctoris Scoti declarauero/alioꝝ opiniones valere ſinã.
Volui aũt vt adoleſcẽtes doctrine Scoti ſequaces etiã in hac introductiõe in phi/
loſophiã tãti doctorꝭ ſentẽtias (vt ita dicã) viuas addiſcãt: ne alioꝝũ opinionibꝰ
circa cognitionẽ p̃ncipioꝝũ imbuti/ ſanã doctrinã prius cõtemnãt ꝙ̃ cognoſcant.
Vt aũt quod volumus fauẽte dño cõſequamur: paucis dicemus quid ſit philoſo
phia/que eiꝰ ꝑtes/ ⁊ alia que principio huic conducere putabimus.

Philoſophie deſcriptio ⁊ diuiſio.

¶ Eſt itaꝙ ſciendum primo:philoſophia generaliter accepta eſt app̃henſio veri
tatis cuiuſcũꝙ entis. Et eſt triplex philoſophia ſm triplicia entia. Prima eſt rea
lis/que cõſyderat entia realia. Secũda moralis/que tractat moralia:hoc eſt/vitia
et virtutes. Tertia ſermotiõalis ſeu ratiõalis/que cõſyderat entia ratiõis. Queli
bet harũ tripartit̃. Nã ſermotionalis diuidit̃ in tres ſciẽtias triuiales:ſcꝫ Gram/
maticam/Logicã ⁊ Rhetoricã. Moralis in Ethicã/ Politicã ⁊ Economicã. Rea
lis in tres ſciẽtias ſpeculatiuas: Metaphyſicã/Mathematicã ⁊ Phyſicam. Has
vltimas tres ſic diſtinguit Ariſto. vj. Metaphyſice:q̃a Metaphyſica ẽ de ſepara
bilibꝰ ⁊ imobilibus: ⁊ itelligit Ariſto. ſecũdũ eſſe: vt eſt deꝰ ⁊ intelligẽtie. Mathe
matica eſt de inſeparabilibꝰ ⁊ imobilibꝰ: vt eſt magnitudo et numerus. Phyſica
eſt de inſeparabilibꝰ ⁊ mobilibꝰ: vt ſunt naturalia. Hic aũt ſcias ſm Scotũ. i. q.
metaphyſicali:ꝙ metaphyſica cũ ſit ſciẽtia cõmuniſſima/cõſyderat oĩa que et alie
ſciẽtie ſpeciales:licet ſub ratione cõmuniori ⁊ magis abſtracta. Aliqua tamẽ con
ſyderat que in alijs ſciẽtijs nõ cõſyderant̃:quibꝰ cõuenit tanta abſtractio in eſſen
do/quãta nõ cõuenit cõſyderatis in alijs ſciẽtijs. Et ideo q̃ñ Metaphyſica diſtin/
guitur ab alijs ſcientijs:cõuenienter hoc fit ꝑ illa cõſyderabilia in quibꝰ nõ cõue/
nit cũ alijs. Itẽ p̃dicte tres ſciẽtie cõmuniter ſolẽt ſic diſtingui. Nã Metaphyſica
conſyderat entia que nec habẽt eſſe in materia/nec diffiniuntur per materiã. Phy
ſicã vero cõſyderat ea que habẽt eſſe in materia/ ⁊ diffiniunt̃ ꝑ materiam. Mathe

matica mediū tenens cōſyderat ea que licet habeāt eſſe in materia/tñ diffiniuntur
ſine materia: vt patet de circulo et alijs mathematicalibus. Mathematica rurſus
ſolet diuidi in quattuor ſcientias quadriuiales: Arithmeticam / Muſicam/ Geo/

Diffini/tio ſubie/cti. primi.
Cōtinen/tia multi/plex.

metriam ⁊ Aſtronomiam. ¶ Sciendū ſecūdo ꝙ ſubiectū ſciētie vel genꝰ ſcibi
le' dicit materia circa quā ꝑncipalis ē cōſyderatio ſciētie: ⁊ diffinit ſic ſm Sco. in
ꝓlo. q. iij. Subiectū primū eſt illud qđ ꝑmo virtualiter cōtinet oēs veritates illꝰ
ſcientie cuius eſt ſubiectū. Ad cuius declarationē ſcias ꝙ ꝯtinētia eſt multiplex:
quedam eſſentialis/qua inferiꝰ ꝯtinet ſuū ſuperiꝰ. Alia eſt vnitiua/qua prius con
tinet poſterius: cū quo eſt idē realiter/diſtinctū tñ formaliter: vt aīa cōtinet ſuas
potētias. Alia eſt potētialis/qua ſuperius cōtinet ſuū inferius. Alia virtualis/ q̄
cauſa efficiens cōtinet ſuū effectū. Nā cōtinere virtualiter aliud/eſt poſſe illud ꝓ/
ducere: vel in eſſe reali/ vt deꝰ cōtinet oīa ꝓducibilia: vel in eſſe cognito/ſicut ſubie
ctum dicitur continere ſuas paſſiōes: noticia eñ ſubiecti nata eſt cauſare noticiaꝫ
paſſionis: hoc etiā modo ſubiectū primū continet totam noticiā ſeu ſcientiam que
eſt de ipſo ſubiecto. Et hoc probat ſm Sco. vbi ſupra dupliciter. Primo q̈a ſubie/
ctum primū cōtinet ꝓpoſitiones īmediatas ſeu premiſſas demōſtratiōis: nā ſubie
ctum cōtinet ꝑdicatū ⁊ per cōſequēs euidentiā totiꝰ ꝓpoſitionis īmediate: ꝓpoſi/
tiones aūt īmediate ꝯtinēt ꝯcluſiones: ergo primū ſubiectū ꝯtinet tam premiſſas
q̄ꝫ cōcluſiones/et per cōſequēs oēs veritates: hoc eſt/ ꝓpoſitiones neceſſarias que
ſunt de illo ſubiecto. Secūdo: q̈a primitas accipit hic/ vt dicit adequationē: ſubie/
ctū aūt eſt cauſa ſciētie(nā ſm Auguſtinū a cognoſcente ⁊ cognito parit noticia)
ergo ſubiectū cōtinet virtualiter ſcientiā de ſe ſicut cauſa ſuū effectū: ⁊ ꝑ cōſequēs
ſi eſt ſubiectū primū/hoc eſt adequatū: ꝯtinet virtualiter primo/id eſt adequate to

Quid ſit ſubiectuꝫ ꝑmū ī to/ta philo/ſophia na/turali.

tam noticiā de illo ſubiecto. ¶ Premiſſa breuiter diffinitione ſubiecti primi/ſci
endum tertio: ꝙ de ſubiecto primo naturalis philoſophie diuerſe ſunt opiniones:
Dicūt eñ Auicēna/Cōmē. Albertus magnus ⁊ Egidius romanus/ꝙ corpꝰ mo/
bile eſt ſubiectū adequatū philoſophie naturalis. Alia eſt opinio doctoris ſancti
Buridani ⁊ multoꝝ aliorum/ꝙ ens mobile eſt in naturali philoſophia ſubiectum
adequatum. Ad ſaluandas aūt has duas opiniones notanda ſunt duo. Primuꝫ
ꝙ mobile in vtraqꝫ harum non debet capi proprie: vt dicit paſſionē adequate cō/
uenientē ſubiecto huiꝰ ſcientie: quia mobile ſic acceptū additū enti vel corpi conſti
tueret ens per accidens/ſicut quelibet paſſio addita ſuo ſubiecto. De ente autem ꝑ
accidens (vt dicitur. vj. Metaphyſice) non eſt ſciētia. Sed mobile in vtraqꝫ debet
accipi circūlocutiue/ ꝓ ipſa ratione formali ſubiecti: vt naturalitate per quam hec
paſſio mobile ineſt ſuo ſubiecto tāq̄ꝫ ꝑ ſuā cauſam adeq̄tā. Ita ꝙ ſubiectū phie ſm
ꝑmā opinionē ſit corpꝰ naturale/⁊ ſm opinionē ſecūdam ens naturale. Scōm qđ
circa ꝑdictas opiniōes cōſyderare optet / eſt hec maxia: In vnaq̄qꝫ ſcia illud aſſi/
gnādū eſt ꝑmū ſubiectū / cui adeq̄te cōuenit paſſio ꝑma ⁊ adeq̄ta illi ſcie. Cū igit
motꝰ ſeu mobilitas ſit paſſio ꝑma ⁊ adeq̄ta ſcie naturali: ſequit ꝙ illud hic erit pri
mum ſubiectum/cui motus conuenit adequate ſeu cōuertibiliter. Et quia ſm phi
loſophiam traditam ab Ariſtotele/ corpus ⁊ mobile cōuertuntur: vt patet ex. vj.
Phyſi. Nā ſm Ariſto. omne corpus eſt mobile: et omne mobile eſt corpus: ideo
in philoſophia naturali ab Ariſtote. tradita/ corpus naturale oportet ponere pro
primo ſubiecto. Unde ⁊ ipſe Ariſtoteles in principio. vj. Metaphy. dicit: ꝙ phi/
loſophia eſt ſcientia circa quoddam genus entis ⁊ circa ſubſtantiā/in qua eſt prin
cipium motus ⁊ ſtatꝰ: hoc autē eſt corpus naturale ſm principia Ariſtotelis. Ad
hanc ſententiā etiā ipſe Scotus. vj. Metaphy. tenet ſubſtantiam corpoream eſſe
ſubiectum philoſophie naturalis. Sed quia ſm veritatem quam etiam tenet fides
catholica/aliquid eſt per ſe mobile motu locali /quod non eſt corpus vt angelus:
anima rationalis a corpore ſeparata/etiam motu continuo ⁊ ſucceſſiuo: vt probat
Scotus. ij. ſen. diſt. ij. q. ix. Ideo motus in plus ſe habet q̄ꝫ corpus naturale: ⁊ con

uertitur cum ente naturali: et per cõſequẽs in philoſophia naturali completa ens naturale/ et non corpus naturale ponitur pro adequato ſubiecto: ad hũc ſenſum: ꝙ ens nõ in ſua cõmunitate/ ſed ens finitũ ſit ſubiectũ materiale: ⁊ naturalitas ſit ratio formalis ſub qua hic conſyderatur. ¶ Sciendum quarto: ꝙ libri naturalis philoſophie ab Ariſtotele traditi/ ſunt octo principales: ſcȝ phyſicoꝝ/ de celo ⁊ mundo/ de generatione/ metheororũ/ de mineralibus/ de anima: cuius ſupplementum ſunt libri paruoꝝ naturaliũ: de vegetabilibus et plãtis / de animalibꝰ: quoꝝ diſtinctio capiẽda eſt ſm diſtinctionẽ corporis naturalis. Sciẽtie eñ ſecãtur quẽadmodũ res de quibꝰ ſũt: vt dicit Ariſto. iij. de aĩa. Hec diſtinctio patet in figura.

- Corpꝰ naturale cõſyderatuȝ vt habet ĩ ſe principium motꝰ
  - In cõmuni/ eſt ſubiectum in lib. Phyſicorum.
  - Cõtracti ad
    - Ubi/ eſt ſubiectum in libris de celo ⁊ mundo.
    - Formã
      - Simplicis elemẽti/ eſt ſubiectũ in lib. de generatione et corruptione.
      - Mixti
        - Imperfecti / eſt ſubiectuȝ in lib. Metheororum.
        - Perfecti
          - Inanimati / eſt ſubiectum in li. de mineralibus.
          - Aĩati anima
            - In cõmuni/ eſt ſubiectũ in lib. de aĩa.
            - Uegetatiua/ eſt ſubiectum in li. de vegetabilibꝰ ⁊ plãtis.
            - Senſitiua/ eſt ſubiectũ in li. de aĩalibꝰ.

¶ Sciendũ vltimo ꝙ iſte puulus philoſophie naturalis habet tres tractatꝰ correſpondentes tribꝰ libris Ariſtotelis. Primus eñ correſpõdet libris phyſicorũ. Secũdus lib. de generatione ⁊ corruptione. Tertius lib. de anima. In quibus tribus tractatibus ſubiecta eadem aſſignãda ſunt: que ⁊ in libris quibus ipſi correſpondent. Ex quo patet: ꝙ in primo tractatu eſt ſubiectum corpus naturale: vt habet in ſe principium motus in cõmuni/ ſicut ⁊ in libris phyſicoꝝ. Dicitur aũt motꝰ in cõmuni: quia corpus naturale cõſyderatum vt habet in ſe principium alicuius motus ſpecialis/ eſt ſubiectum in aliũs libris ſequentibus phyſicorũ. Et ſi corpus mobile conſyderatur vtroqꝫ predictoꝝ modorum: ſic eſt ſubiectum totius philoſophie naturalis. Primus tractatus diuiditur in quattuor partes correſpondentes principaliter quattuor primis libris phyſicorũ: quaꝝ prime due tractant de principiis et cauſis corporis naturalis: relique vero due de eius paſſionibus. Haꝝ quattuor partium prima eſt de principiis rerum naturaliũ: ſecunda de cauſis: tertia de prima et adequata paſſione ipſarum rerum naturalium: ſcȝ de motu ⁊ de paſſione motꝰ intrinſeca/ ſcȝ de infinito: q̃rta de paſſiõibꝰ motꝰ extrinſecis/ ſcȝ de vacuo loco ⁊ tẽpore. Et qr in omi ſciẽtia ex cognitiõe principioꝝ et cauſaꝝ cõtingit ſcire principiata et cauſata: vt dicit Ariſtoteles in principio. j. phyſicoꝝ: Ideo noſter auctor imitatus Ariſtotelẽ/ volens determinare de rebus naturalibꝰ/ incipit a principiis ⁊ cauſis ipſaꝝ: ⁊ poſtea deſcẽdit ad principiata ⁊ cauſata: hoc eſt ad motũ et alias paſſiões reꝝ naturaliũ. Et pmo determinat de natura: q̃ ẽ pmũ pncipiũ ⁊ cauſa adequata oĩm paſſionũ q̃ inſunt rebꝰ naturalibꝰ: ipſam primo diffiniẽdo/ ſecundo diuidendo/ tertio differentiã reꝝ naturaliũ ab artificialibꝰ aſſignãdo: q̃ oĩa ponunt apud Ariſtotelẽ in principio ſecũdi phyſicoꝝ. Primo itaqꝫ naturã ſic diffinit.

Diuiſio libri

Nature diffinitio

Atura eſt principiū ⁊ cauſa mouēdi et quieſcendi eius in quo eſt primū per ſe et non ſcd̄m accidens.

Natura capitur dupliciť

Pro declaratione diffinitionis nature Nota primo ꝙ natura ſm Scotū in prologo.q.j.accipitur dupliciter. Uno modo pro principio actiuo naturali: prout natura diſtinguitur cōtra artem ſiue propoſitum propter oppoſitum modum principiandi. Nam vt dicitur.ix.Metaphy.natura que ibi vocať potentia irrationalis/determinata eſt ad vnum: vt patet de potentia calefactiua ignis: Ars vero ⁊ propoſitum ſeu voluntas quā ibi Ariſtoteles vocat potentiā rationalē/nō eſt determinata ad vnū: ſed poteſt in oppoſita: hoc eſt poteſt ſic ⁊ aliter agere vt placet ſibi: poteſt etiam agere ⁊ nō agere. Alio modo capitur natura ꝓ principio intrinſeco motꝰ ⁊ q̄etis: ⁊ ſic capta natura hic diffinitur.

Declaratio diffinitionis nature.

¶ In qua diffinitione primo ponitur/principiū: ⁊ debet exponi ſm Scotū.xviij.q.ij.de principio paſſiuo nō ſolum receptiuo motus/ſed etiā inclinatiuo ad motum: vt natura grauium eſt principium motus deorſum: quia per eam grauia inclinanť ad motū deorſum. Nō poteſt autem exponi de principio actiuo: probatur dupliciter. Primo quia ſm Ariſto.ij.⁊ viij.phyſi.naturalis mutatio eſt quando paſſum mouetur ſicut aptū natū eſt moueri: ſed nunq̄ paſſum eſt ſic aptum moueri propter principium actiuum intrinſecum inexiſtens ſibi/ ſed ſolum propter principium paſſiuum. Secūdo: quia natura vt eſt principium motus/eſt principium intrinſecum: ſed natura eſt huiuſmodi ratione principij paſſiui: ⁊ nō quia eſt principiū actiuum: ergo ⁊c. Minor probatur per Ariſto.ij.phyſico. Nam accidit infirmo qui mouetur ad ſanitatem ſeu ſanatur/ꝙ ſit medicus: hoc eſt/ꝙ habeat illam artem que eſt principium actiuum motus ſanationis: ſi em̄ per ſe haberet tale principium actiuū/tūc ſanaretur inquantum medicus/quod eſt falſum: de quo magis patebit cū dicetur differentia inter naturalia et artificialia. Addiť aūt/⁊ cauſa: ad maiorem expreſſionem. Dicūt tamen aliqui ꝙ dicitur principium ad denotandū prioritatem nature reſpectu motus ⁊ quietis: in ratione em̄ principij ſemꝑ includitur prioritas: ſed dicitur cauſa/ ad denotādum dependentiā motꝰ et quietis ad naturā/ſicut effectꝰ ad ſuā cauſam. Secundo ponuntur in diffinitione ea quoꝝ natura eſt principium ⁊ cauſa: cū diciť mouēdi ⁊ quieſcēdi ſcʒ paſſiue: hoc eſt motꝰ ⁊ q̄etis: ⁊ addiť/eius in quo ē: ad denotādū ꝙ natura eſt principiū motꝰ intrinſecū: q̄a ſcʒ ē cauſa motꝰ illius mobilis in quo ipſa natura eſt intrinſece. Tertio ponūtur tres ꝑticule que oſtendunt quale principium eſt natura reſpectu motus: debet em̄ natura eſſe principium primum/hoc eſt principale ⁊ non inſtrumentale: ⁊ per hoc excludunť qualitates rerū naturaliū: que etiam ſunt principia ⁊ cauſe motus: ſed non prima ſeu principalia: vt patet de leuitate in igne/et grauitate in lapide. Debet etiam natura eſſe principium per ſe: hoc eſt proprium ipſius motus: vnde illud dicitur eſſe principium per ſe alicuiꝰ motus quod inuenitur in omni quod mouetur tali motu: nā per ſe preſupponit de omni/ex primo poſteriorū. Ultimo ponitur/⁊ non ſecūdum accidens: ad differentiā principij actiui motus: quod q̄n̄ꝫ eſt intrinſecum mobili ſed hoc ſolum eſt per accidens: vt accidit medico ꝙ ſanetur per artem medicine q̄ eſt in ip̄o: quia accidit eū qui ſanatur eſſe medicum. ¶ Nota ſecūdo ꝙ licet natura ſit principium motus ⁊ quietis: tamen non eſt intelligēdum ꝙ ipſa ſit principium motus in quolibet reſpectu cuiuſlibet ſpeciei motus; ſed in aliquibus eſt prin-

cipium motus ſm locum: vt in grauibus ⁊ leuibus ⁊ in ipo celo. In aliquibus ve ro eſt principium augmēti ⁊ decrementi: vt in plantis ⁊c. Non omnia enim mouē tur omnibus ſpeciebus motus: ⁊ conformiter dicendum eſt de quiete. Etiam ſm intentionem Ariſtotelis: qui tenet motū celi ſemper fuiſſe ⁊ ſemper fore (vt patet viij. phyſi. et ix. metaphy. vbi habet ꝙ non eſt timendum ꝙ celū ſtet) non oportet ꝙ natura celi ſit principium quietis celi. Unde Cōmen. ſuper ſecundum phyſico. Cōmen. iij. dicit: ꝙ ſi hec diffinitio conuenit nature corporis celeſtis / nō oportet ꝙ illi cōueniat ſm oēs particulas. Et Themiſtius circa diffinitionē nature dicit: Diuinum et celeſte corpus excipio: in quo natura eſt principium motus ſempiter ni: ⁊ non eſt cauſa aut principium quietis.

Et eſt alia materia: alia forma.

Oſtendit de quib⁹ dicit̄ natura. Pro quo notandū ꝙ natura capit̄ tri/ pliciter. Uno modo large / pro omni illo ꝙ cōuenit alicui ex ra tione propria eius: ⁊ hoc modo extēdit ſe etiā ad nō entia: vt dicit Scotus. xvj. q. quoli. vt cū dicimus natura negationis eſt negare ſolū ea q̄ ipſam ſequuntur. Se cundo capitur vt diſtinguitur contra propoſitū ſeu artē: ⁊ ſic dicitur de principio actiuo: natura em̄ ⁊ libertas ſeu ꝓpoſitum ſunt differētie agētis ſeu principij acti/ ui: ita ꝙ oē agēs vel eſt naturale: quod ſcilicet agit per modum nature: hoc eſt ex inſtinctu nature / vt ignis: Uel liberū: qḋ ſcilicet agit per volūtatē. Et natura iſto ſecūdo modo capta poteſt dici ⁊ de eo quod eſt principium primū agendi: ⁊ de vir tute mediante qua agit: ſiue illud agēs ſit vniuerſale ſiue particulare: ⁊ hoc modo Auicenna naturā vniuerſalē appellat virtutē diffuſam in corporibus celeſtibus: de natura vero particulari dicit ꝙ eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procre/ ans: ⁊ nullo iſtoꝝ modorū accipitur hic natura. Tertio modo accipitur natura vt opponitur violentie ⁊ neutralitati: de quib⁹ infra dicet̄ ⁊ circa differētiā naturali um ⁊ artificialiū / ⁊ in capitulo de motu. Et ad naturā ſic acceptā requirit̄ ſm dif/ finitionem predictam ꝙ ſit principium paſſiuum: qḋ nō ſm accidēs / ſed ꝑ ſe ⁊ pri/ mo inclinat mobile ad motū cuius eſt principiū: ⁊ hoc modo accepta natura dicit̄ de materia ⁊ forma / ⁊ quodāmodo de priuatiōe ſm Ariſtote. iij. phyſicoꝝ. inq̄tū ipa priuatio principiat motū: vt infra dicetur capi. de priuatiōe. Acceptiōes predi cte nature patent in figura ſequenti. Acceptiones nature

Natura capitur triplicit.
- Primo pro ratione formali: vt natura accidētis vel negationis.
- Secūdo pro principio actiuo motus
  - Uniuerſali
  - Particulari
  - tā principali / q̄ illa vir/ tute mediante qua agit.
- Tertio ꝓ p̄ncipio ītrinſeco mot⁹: rōne cui⁹ ſcʒ mo/ bile inclinat̄ intrinſece ad motum. Et ſic dicitur de
  - materia
  - forma
  - priuatione

¶ Sed dices: quomō natura de forma dici pōt: ſi natura capiat̄ ꝓ p̄ncipio paſſi/ uo cū propriū ſit forme agere / materie vero pati ex primo de generatione? Reſpon deo ꝙ natura vt eſt principium paſſiuum motus inclinatiuum / dicitur nō ſolum de materia / ſed etiam de forma: vnde lapis non ſolum aptus natus eſt deorſū mo ueri propter materiam / imo magis propter formā. Unde ponit̄ talis regula Scoti xviij. diſt. ij. Per eandē formā per quā res eſt / per eandem naturaliter inclinatur ad recipiendum paſſionem naturaliter conſequentē naturā eiuſdem rei: vt ꝑ ean/ dem formam per quam homo eſt homo / naturaliter inclinatur ad ridendi actum: ⁊ per eandē formā q̄ graue eſt graue / vel leue leue / cōuenit ei talis vel talis motus. Dubium Regula

Natura de qb⁹ dicitur.

Magis tñ forma dicit natura / ꝙ materia: qꝛ ſaluat res naturales in eſſe: etiã natura dicit via in naturã: vt generatio

Quõ forma ẽ magis natura ꝙ materia.

Cõparat formã ad materiã in ratione nature: ad cuius intelligentiam pono hanc diſtinctionẽ. Natura capitur dupliciter. Uno mõ pro denominato ſeu materialiter: ⁊ ſic natura non eſt aliud ꝙ materia ⁊ forma: q̄ ſunt ſubſtantie nõ ſuſcipientes magis ⁊ minus ſm Ariſtotelẽ in predicamentis. Alio mõ capitur ꝓ per ſe ſignificato ſeu formaliter: ⁊ ſic natura nihil aliud eſt ꝙ actus naturandi ſeu principiandi motũ: ⁊ quia principiare motum ſeu inclinare mobile ad determinatum motum magis cõuenit forme ꝙ materie: vt dictum eſt circa textum precedentem: ideo forma dicitur eſſe magis natura ꝙ materia. Cui⁹ etiã ꝓbationẽ auctor ſubiungit: quia forma ſaluat .i. cõſeruat rẽ in eſſe magis ꝙ materia: quia res per materiam ſolũ eſt in potentia: ꝑ formã vero ſimpliciter eſt ⁊ in actu: lignũ eñ habens formã in ſe lectuli dicit ſimpliciter lectulus: ſine forma autem non dicit lectulus niſi in potentia. Poſtea auctor ſubiungit ꝙ natura etiã dicit de generatiõe: ita ꝙ generatio dicit natiuitas: propter hoc / quia eſt via qua peruenitur in naturã .i. formã. Apud Ariſto. iſte textus ponit ad probãdũ ꝙ natura dicitur forma. Arguit eñ ſic Ariſto. quaſi a minori: ſi natura dicit de generatione: eo ꝙ ipſa eſt via in formã: multo magis dicet de forma.

Differentia naturaliũ ab artificialibus.

Et differũt naturalia ab artificialibus: quia naturalia inquantum hmõi / habent in ſe principium mouendi et quieſcẽdi: Artificialia vero non.

Ponit differentiã naturaliũ ab artificialib⁹. Pro cuius declaratione nota primo ꝙ cũ natura dicatur de materia ⁊ forma: ſequit ꝙ naturalia dicuntur entia cõpoſita ex materia ⁊ forma ſubſtantiali: vt ſunt omnia animalia ⁊ partes integrales ipſoꝝ: plante / elementa ⁊ corpora ex his mixta: vt dicit Ariſtoteles in principio ſecũdi phyſicoꝝ. Et ex hoc patet differentia inter naturã ⁊ naturalia. Nam vt iã dictũ eſt: natura eſt illud principium in rebus a quo inclinantur ad motum determinatũ. Naturalia vero dicunt habẽtia in ſe naturam a qua inclinãt ad motus determinatos. Non omnia eñ naturalia habẽt in ſe principiũ cuiuſcunq; mot⁹: ſed aliqua habẽt ſolũ principiũ mot⁹ localis / vt celũ: aliqua augmenti ⁊ decrementi / vt viuentia ⁊c̄. Et ꝓpter hoc ⁊ hi mot⁹ ad quos inclinat natura .i. q̄ fiũt ſm inclinationẽ nature / dicunt naturales: ſicut illi qui ſunt cõtra inclinationẽ nature dicunt violenti. Mot⁹ eñ grauiũ deorſum: quia eſt ſm inclinationẽ nature grauiũ / dicitur naturalis: mot⁹ vero ſurſum qꝛ eſt cõtra inclinationẽ eorũ / dicitur violẽtus. Ille aũt mot⁹ qui neq; eſt ſm naturalẽ inclinationem neq; eſt cõtra inclinationẽ / dicitur neutralis: vt patet de motu ꝓgreſſiuo animalium: de quib⁹ motib⁹ magis dicetur in capitulo de motu. Ex quib⁹ facile intelligitur differẽtia quã habẽt naturalia ab artificialib⁹. Nã naturalia inquãtum naturalia: hoc eſt / ratione nature a qua dicuntur naturalia / inclinantur ad aliquẽ motũ: artificialia vero ratiõe forme artis a qua dicunt formaliter artificialia / nullam habent inclinationẽ ad motũ. Si aũt inclinant artificialia ad motũ deorſum hoc nõ eſt inquãtũ artificialia: ſed qꝛ ſunt lignea aut lapidea vel ferrea aut hmõi.

Mot⁹ naturalis. Violent⁹ Neutralis.

¶ Ad cui⁹ differẽtie intelligentiã nota ſecũdo: ꝙ qꝛ natura ſm Sco. j. q. prologi

quãdoq capitur ꝓ principio actiuo: ꝛ quãdoq ꝓ principio paſſiuo mot⁹: vt dictũ eſt circa diffinitionẽ ꝛ acceptionẽ nature. Ideo etiã naturalia poſſũt dupliciter diſtingui ab artificialib⁹: vt vult Scot⁹. xviij. di. ij. Primo ex parte principij actiui: nã agẽtia naturalia ex neceſſitate ſic agũt determinate: vno modo q non poſſunt aliter agere. Agentia vero artificialia quia agunt a ꝓpoſito/poſſunt ſic ꝛ alit agere vt ipſis placet: ſecũdo differũt ex parte principij paſſiui: quia naturalia habent in ſe principium paſſiuum inclinans ipſa in hoc vt ſic moueant: artificialia autem non habent hmõi principium inclinatiuum ad talem inciſionem vel erectionẽ: vt patet in edificijs: vnde artificialia ſi mouent ad talẽ formã cõtra inclinationẽ naturalem materie in qua fiũt/mouent violẽter: ſi vero talis forma artificialis non ſit cõtra inclinationẽ/mouent ad eã motu neutrali. Ex quib⁹ omnib⁹ concludit q ad motũ naturalẽ nõ requirit q mouens ſit intrinſecũ mobili: ſed ſufficit naturalis inclinatio in mobili ad recipiendam illam formam ad quã mouet. Vñ poſito q graue nõ habeat in ſe principiũ actiuũ mot⁹ deorſum: adhuc moueret naturaliter deorſum ꝓpter ſolã naturalẽ inclinationẽ.

Duplex diſtinctio naturaliũ ab artificialibus.

Quid ſufficit ad motũ naturalem.

Sunt aũt tria principia rerũ naturalium. ſ. materia: et duo cõtraria. ſ. priuatio et forma: qđ ſic patet. In omĩ eo qđ fit ſcḋm naturã/oportet aliquid ſubijci/quod ad illud qđ fit/eſt in potẽtia. Per h qđ dico aliqđ ſubijci/tãgo materiã: ꝛ p hoc qđ dico fit/tãgo formam: ꝛ p hoc qđ dico eſt in potẽtia/ tãgo ꝑuationẽ.

De principijs rerũ naturalium.

Poſtq̃ auctor determinauit de principio cõmuni ꝛ adequato omĩb⁹ rebus naturalib⁹ ſcz de natura: nũc incipit determinare de principijs quodãmodo ſpecialioribus ſcz de materia forma ꝛ priuatiõe: de quibus etiã dicitur ipſa natura: ꝛ primo in generali/ſecũdo in ſpeciali: ꝛ illud totũ acceptũ eſt ex primo phyſicoꝝ. Primo itaq auctor oſtẽdit tria eſſe principia trãſmutationis rerũ naturaliũ: ſcz materiã que eſt ſubiectũ trãſmutationis: ꝛ duo cõtraria/q̃ ſunt termini illius tranſmutationis/ſcz formã ꝛ priuationẽ. Et hoc oſtẽdit per hãc maximã: in omĩ trãſmutatione naturali oportet eſſe aliquid quod ſubijciatur illi trãſmutationi ſeu quod trãſmutatur (nã ex nihilo nihil fit ſm naturã) hoc aũt eſt materia: oportet etiã eſſe aliqđ qđ in tali trãſmutatiõe acquirit: ꝛ hoc eſt forma. Ad hãc aũt formã non poteſt materia tranſmutari/niſi ſit ad eã in potẽtia: ita q careat illa ꝛ ſit apta eandẽ recipere: ꝛ hoc eſt priuatio: q̃ ſimul includit carentiã forme in ſubiecto cũ aptitudine ad illã: vt infra dicet: ꝛ exẽpli gratia capiatur trãſmutatio aĩalis ex egritudine in ſanitatẽ: ibi ſubiectũ quod trãſmutat/eſt animal: terminus ad quẽ terminatur tranſmutatio ꝛ qui acquirit/eſt ſanitas: cui⁹ cõtrariũ eſt egritudo: in qua priuatio ſanitatis ſaluatur a qua incipit illa trãſmutatio ad ſanitatẽ. ¶ Ad declarationẽ hoꝝ nota primo q res naturalis põt capi dupliciter. Uno modo cõmuniter: ꝛ ſic principia rei naturalis vt materia ꝛ forma/poſſũt dici res naturales: ſimiliter paſſiones ꝛ operationes naturales: vt mot⁹/quies ꝛc. ꝛ generaliter omĩe ens ꝓducibile virtute agẽtis naturalis mediãte motu ꝛ tranſmutatione, vt accidentia/poteſt dici hoc mõ res naturalis. Alio modo res capitur

Res naturalis capitur dupliciter

ꝓprie ꝓ cõpoſito ex materia et forma ſubſtãtiali/ vt pri⁹ ẽ dictũ: ⁊ hoc ſecũdo mõ

Principiũ rei naturalis multiplex. ſolũ hic capitur. ¶ Nota ſecũdo ꝙ ṗncipiũ rei naturalis eſt duplex: extrinſecũ ⁊ intrinſecum. Extrinſecum eſt cauſa q̃ nõ eſt pars rei naturalis/ vt efficiẽs ⁊ finis. Intrinſecũ principiũ poteſt capi dupliciter. Uno modo proprie/ pro illo quod eſt pars intrinſece ⁊ eſſentialiṫ cõponẽs rẽ naturalẽ: ⁊ ſic ſũt tm̃ duo ſcȝ materia ⁊ forma. Alio mõ capitur principiũ intrinſecũ ꝓ omni illo qḋ eſt intrinſecus termin⁹ generationis rei naturalis: ⁊ ſic priuatio cũ ſit terminus a quo ⁊ intrinſecus generationis naturalis etiã eſt principiũ rei naturalis intrinſecũ: ⁊ hic ſermo eſt ſoluȝ de principijs intrinſecis: ſiue ſit intrinſecũ primo modo .i. quo ad eſſe: ſiue ſecũdo

Dubium modo .i. quo ad fieri ſeu generari. Et ſi dicas: Priuatio eſt non ens: ergo nõ poteſt eſſe principiũ rei naturalis. Reſpõdeo ꝙ verũ dicis priuationẽ nõ eſſe principium rei naturalis quo ad eſſe ſeu cõſtitutiuũ: ſic eñ nõ eſt principiũ: ſed ſolũ quo ad fieri: quia nunq̃ res naturalis generaretur/ niſi in materia fuiſſet priuatio forme illius rei genite. Dico vlterius ꝙ illud qḋ eſt non ens/ bene poteſt eſſe principium in ratione principiantis/ ſed non in ratione cauſantis. Ideo licet priuatio ſit

Dubium principiũ rei naturalis: nõ tamen eſt cauſa. Si vltra queras: an priuatio ſit principiũ rei naturalis per ſe vel per accidẽs. Dico ꝙ eſt principiũ per ſe rei naturalis quo ad fieri: cũ ſit termin⁹ a quo ⁊ intrinſec⁹ ei⁹ generationis: ſed eſt principium per accidẽs quo ad eſſe: q̃a ſolũ ratiõe materie cui ipſa ṗuatio accidit. Ex q̃b⁹

Cõcluſio. ↄcludo hãc cõcluſionẽ. Tm̃ tria ſunt principia rei naturalis: intelligẽdo de principijs intrinſecis: ſiue ſint intrinſeca quo ad eſſe ⁊ fieri/ vt materia ⁊ forma: ſiue quo ad fieri tm̃/ vt priuatio. Et exponẽdo ↄcluſionẽ gratia pluralitatis ⁊ nõ alietatis: ad hũc ſenſum ꝙ ſint ſpecie diſtincta ſm rationes principiãdi. ¶ Pro quo

Diſtinctio ṗncipiorum ſpecifica. noto tertio ꝙ principia diſtingui ſpecifice poteſt intelligi dupliciter. Uno modo per diſtinctionẽ ſumptã a differẽtijs eſſentialibus ſpecierũ: ⁊ ſic forma hoĩs ⁊ eq̃ ſpecifice diſtinguunṫ. Alio modo per diſtinctionẽ ſumptã a rõne formali principiandi: ⁊ ſic capiṫ hic. Uñ ratio principiandi materie eſt principiare per modum ſubiecti: ⁊ forme ꝑ modũ terminãtis trãſmutationẽ ⁊ informãtis materiã: priuationis vero ꝑ modũ termini a quo q̃ abijciṫ in motu. ¶ Nota quarto ꝙ in qua-

Duo termini cuiuſlibet tranſmutationis. libet trãſmutatione naturali ſunt duo termini: ſcȝ terminus a quo ⁊ terminus ad quẽ. Unde illud quod in aliqua tranſmutatione acquiritur/ eſt terminus ad quẽ ſcȝ terminaṫ trãſmutatio: ⁊ illud quod in tranſmutatione deperdiṫ ſeu abijciṫ/ dicitur terminus a quo: ⁊ hi duo termini ſunt incõpaſſibiles in eodẽ: ⁊ propter hoc dicunṫ cõtrarij/ capiẽdo cõtrarietatẽ large ſm Cõmen. vt ſe extẽdit etiã ad priuatiue oppoſita: vnde quia priuatio ⁊ forma ſunt termini trãſmutatiõis naturalis: ideo priuatio ⁊ forma inter ſe ſunt cõtraria: materia vero nec ṗuationi nec forme contrariatur: ſed ipa eadem que fuit ſub priuatione ante trãſmutationẽ/ poſt trãſ-

Tres cõditiones principiorum. mutationẽ eſt ſub forma. ¶ Nota vltimo ꝙ conditiones primorum principiorum ſm Ariſtote. primo phyſico. ſunt tres. Prima ꝙ nõ fiãt ex alijs: quia alias non eſſent prima ſeu principia: ſecũda ꝙ nõ fiãt ex alterutris: ita ꝙ vnum nõ cõponat aliud ⁊ hec cõditio patet ex hoc: quia ſunt contraria: ⁊ tertia ꝙ omnia alia fiãt ex ipſis. Item dices: quõ principia non fiũt ex alterutris cũ ſint cõtraria: vnũ aũt ↄtrariũ ſit ex alio cõtrario vel ex medio inter illa cõtraria; vt diciṫ primo phyſi. vt genera-

Fieri aliquid ex alio contigit quadrupliciṫ. tio calidi fit ex frigido vel tepido? Reſpondeo ꝙ aliqua fieri ex alio quãtũ ſufficit ad ꝓpoſitũ/ poteſt intelligi quadrupliciter. Uno modo effectiue: vt li ex denotat cauſam efficientẽ: ſecũdo integratiue/ vt denotat partẽ integralẽ ſeu eſſentialem: ⁊ his duob⁹ modis principia non fiunt ex ſe inuicẽ: vnũ eñ principiũ non eſt cauſa efficiẽs alterius nec pars eius. Tertio ſubiectiue: prout li ex denotat ſubiectum in quo vel ex quo fit illud qḋ fit: ⁊ ſic principia cõtraria .i. ṗuatio ⁊ forma fiũt ex materia tãq̃ ex ſubiecto qḋ p̃ſupponũt. Quarto mõ li ex poteſt denotare terminum a quo diſtinctũ a ſubiecto: ⁊ ſic vnũ contrariũ fit ex alio: videlicet forma ex priua-

tione/vt ex immuſico fit muſicū. Itē dices: quō p̄ncipia poſſunt fieri ex alterutris
vltimis duobus modis: cū ſm Ariſto. p̄mo phyſi. oportet principia ſemp̱ mane
re? Reſpondeo ad auctoritatē Ariſtotelis ꝙ non oportet ſic principia ſemp̱ mane
re ꝙ ſemp̱ exiſtāt: hoc eñ nō eſt verū niſi de ſola materia: que vt in capitulo ſequē
ti dicet/ eſt ingenerabilis ⁊ īcorruptibilis: ſed ideo dicunt ſemp̱ manere: quia in
oīni trāſmutatione habēt eaſdē rationes p̄ncipiādi: ⁊ ideo dicunt principia ſemp̱
manere: intelligendo quo ad rationes principiandi/de quibꝰ iā dictū eſt. Alij tñ
huius auctoritatis alias expoſitiones afferunt: quas apud eos vide.

[Quomō optet p̄n/cipia ſemper manere]

MAteria eſt p̄mū ſubiectū vnicuiqȝ rei ex quo aliquid
fit: cum inſit non ſecundū accidens.

[Materie diffinitio]

Superius auctor determinauit de principijs rerū naturaliū in gene
rali: nūc īcipit de eiſdē determinare in ſpeciali. Et p̄mo de
materia ipſam p̄mo diffiniēdo: ſecūdo duas eiꝰ proprietates aſſignando: ⁊ tertio
varia noīa eiꝰ declarādo. ¶ Diffinitionē itaqȝ declarādo/diſtinguo illā ī q̄ttuor
particulas. Unde primo ponit ꝙ materia ſit primū ſubiectū vnicuiqȝ ſcʒ rei natu
rali: ⁊ nō intelligo ꝙ ipſa ſit p̄mū ſubiectū inheſionis oīm formaꝝ tā ſubſtātialiū
qȝ accidētaliū: cū ſint multa accidētia ſaltē ſpiritualia: que non poſſunt ineſſe ma
terie: imo nec accidentiū corporaliū eſt p̄mū ſubiectū: quia taliū nō eſt ſubiectum
materia p̄ma/ſed cōpoſitū ex materia ⁊ forma ſubſtātiali: vt colligit ex p̄mo phy/
ſicorū: ſed intelligo ꝙ materia eſt p̄mū ſubiectū vnicuiqȝ rei naturali: hoc eſt illud
qđ primo p̄ſupponit ī generatiōe cuiuſlibet rei naturalis. Et addit/p̄mū: ad diffe
rentiā elemētoꝝ: quia elemēta nō ſunt p̄mū ſubiectū: cū in generatiōe eoꝝ p̄ſup
ponitur materia. Secūdo ponit/ex quo ſcʒ ſubiecto aliq̄d id ē res generabilis fit
ſeu generat: per quod oſtēdit ꝙ quicq̄d generat/ex materia generat. Et hec parti
cula ponit ad differentiā efficientis ⁊ finis: ex quibꝰ nihil generat eo modo quo
ex materia. Tertio ponit/cū inſit: id eſt maneat in re genita: ad differētiā cōtrarij
forme generāde ex quo trāſmutato ⁊ corrupto fit res: nō aūt ineſt rei facte: ſiue il
lud cōtrariū ſit priuatio abijciēda in trāſmutatiōe ſiue forma corrūpenda: vt cum
generatur ex aqua aer/aqua non ineſt aeri genito ex ipſa/ſed corrūpit. Ultimo po
nitur nō ſm accidēs: ad differētiā priuationis: nō illiꝰ q̄ erat cōtraria forme geni
te: quia talis nō ineſt rei genite: ſed illius que eſt reſpectu forme recipiēde in eadē
materia: ⁊ que ſtat ſimul cū forma genita: quia talis nō componit rē genitam niſi
ſm accidēs: hoc eſt ratione materie cui ineſt.

**Et eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Si eñ eſſet generabilis
eſſet genita anteqȝ generaretur: ſimiliter ſi eſſet corruptibilis/
eſſet corrupta anteqȝ corrumperetur.**

[Materie ꝓprietas p̄ma.]

Ponit duas materie ꝓprietates: quaꝝ p̄ma eſt ꝙ materia eſt ingenerabi
lis ⁊ incorruptibilis. Ad cuiꝰ intelligētiā ſuppono ꝙ aliq̄d poteſt
dici generabile aut corruptibile dupliciter. Uno modo terminatiue ſiue obiectiue: ⁊
eſt illud quod per generationē acquiritur aut corruptionē perdit: ſicut eſt forma
vel totū cōpoſitū. Et iſto modo materia eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Cuiꝰ

[Generabile ⁊ corruptibile dicit du/pliciter.]

ratio ponitur in textu: quia ſi eſſet generabilis/eſſet genita anteꝙ generaretur: cū ipſa preſupponatur in qualibet generatiōe: ſimilit̄ ſi eſſet corruptibilis/ eſſet corrupta anteꝙ corrūperetur: hoc eſt poſtꝙ eſſet corrupta adhuc maneret incorrupta: quia materia manet poſt quālibet corruptionē naturalē. Unde ⁊ Ariſtote. primo phyſicoꝝ de materia dicit: ⁊ ſi q̇d corrūpitur in hoc abibit vltimum. i. in materiā ⁊ vltimo reſoluitur. Alio modo dicitur aliq̇d generabile et corruptibile ſubiectiue quia ſcʒ eſt ſubiectū generationis aut corruptionis: ſicut illud dicitur mobile qḋ eſt ſubiectū motus: ⁊ ſic materia bene eſt generabilis vel corruptibilis: quia ipſa eſt ſubiectū cuiuſlibet generationis ⁊ corruptionis ſubſtātialis: vt dicit Ariſtote. primo de generatione. Ad hūc ſenſum etiā Cōmē. ꝑmo phyſicoꝝ dicit ꝙ materia eſt que in rei ỽitate generatur. i. que eſt verū ſubiectū generatiōis. De quo magis dicetur in tractatu ſecūdo: licet aūt materia ſit īgenerabilis ⁊ incorruptibilis: ita ꝙ incipiat eſſe de nouo per generationē/aut deſinat eſſe per corruptionē: tñ eſt creabilis ⁊ annihilabilis a deo: vñ dicitur Geñ. ꝑmo. In principio deus creauit celū ⁊ terrā. Per celū intelligitur celū empireū: per terrā materia: quā deus ꝑmo creauit informē: ⁊ ideo ſubditur: Terra aūt erat inanis ⁊ vacua.

Secunda ꝓprietas materie.

Eſt quidam appetitus naturalis in materia ad oēm formam: ⁊ hoc eſt propter om̄imodā impfectionē ſui a forma: vnūqḋqꝫ eñ ens in quo magis deficit/ illud magis appetit: vnde materia appetit formam/ ſicut femina virum/ ⁊ turpe bonū.

Appetitꝰ triplex.

Hic ponitur ſecūda proprietas materie ſcʒ appetitus eiꝰ ad oēm formā/cuiꝰ ſcʒ eſt naturaliter receptiua. Pro quo nota ꝙ appetitꝰ eſt triplex: naturalis/ſenſitiuus ⁊ intellectualis. Naturalis eſt quedam inclinatio conſequēs naturā qua vnaq̄qꝫ res inclinatur ⁊ tēdit ad ſuā pfectionē. Appetitꝰ ſenſitiuus ſiue animalis eſt qui conſequitur cognitionē ſenſitiuā: nā cuilibet potentie cognitiue correſpondet ꝓprius appetitus ſꝫm Scotū. xvij. diſt. iij. in ſolutione ꝑme. q. ⁊ primo meta. q. ij. et. iij. Intellectualis vero appetitus ſeu rationalis eſt ille qui conſequitur cognitionē intellectꝰ/vt eſt voluntas. De appetitu ſenſitiuo ⁊ intellectuali plus dicetur in tertio tractatu. Differūt aūt hi duo appetitus a naturali dupliciť quātū ſufficit ad ꝓpoſitū. Primo: q̇a appetitus naturalis cōmunior eſt illis. Nā vbicūqꝫ reperiuntur ſenſitiuus ⁊ intellectiuus appetiꝰ/ibi ⁊ naturalis: ſed nō ecōtra. Nā appetitus naturalis inuenitur in om̄ibꝰ rebꝰ naturalibꝰ: ſenſitiuus ſolū in animalibꝰ: ⁊ intellectiuus tm̄ in his q̄ habēt intellectū. Unde appetitus ſenſitiuus ⁊ intellectiuus vt ſunt quedam nature/habēt appetitū naturalē/quo inclinātur in ſuā naturalē perfectionē.

Duplex differētia appetitꝰ naturalis ab aliis.

Secūdo differūt: q̇a appetitꝰ ſenſitiuꝰ ⁊ intellectiuus p̄ſupponūt cognitionē appetentis: naturalis vero nō: vt lapis appetit deſcendere ⁊ ignis aſcēdere: licet neqꝫ lapis cognoſcat deſcenſum nec ignis aſcēſum. Uñ lapidē naturaliter appetere deſcendere/non eſt aliud ꝙ ipſum a natura inclinari ad deſcēſum: ⁊ ſimiliter dicatur de aliis. Hoc etiā appetitu naturali materia appetit formā: hoc eſt a natura ſua inclinatur ad recipiendū formā/ ſicut ſuā perfectionē. Ex quo patet ꝙ principiū huiꝰ appetitꝰ eſt natura quā cōſequitur talis appetitus ſicut effectꝰ ſuā cauſam. Ubi ſcias ꝙ appetitꝰ naturalis poteſt capi dupliciť. Uno modo fundamētaliter: hoc eſt pro ipſa natura quā cōſequitur inclinatio na

turalis: ⁊ ſic idem eſt realiter cū ipſa re cuius eſt appetit⁹/nullā habēs a natura ei⁹ diſtinctionē a parte rei. Secundo capitur formaliter: ſcʒ pro ipſa tendentia quam habet res ad ſuā perfectionē: ⁊ ſic dupliciter. Uno modo pro tēdentia aptitudinali/que neceſſario conſequitur naturā ſicut paſſio ſuū ſubiectū: ⁊ ſic idē eſt realiter cū re cuius eſt: ⁊ diſtinguitur ex natura rei ⁊ formaliter. Alio modo capitur pro tēdentia actuali: ⁊ talis diſtinguit̄ etiā realiter ab illa re cuius eſt: cum ſit eius accidens. ❡ Sed dices contra predicta: ꝙ cauſa appetitus naturalis non eſt natura/ſed carentia ſeu priuatio appetitus. Unde autor etiā dicit: ꝙ in materia eſt appetitus naturalis propter om̄imodam eius imperfectionē a forma: hoc eſt/quia caret de ſe perfectione cuiuſlibet forme. Et in. j. phyſi. dicitur: ꝙ in materia iſte appetit⁹ eſt propter priuationē materie annexā. Dico ꝙ iſta ſimul ſtāt: materia appetit formā a natura ſua ⁊ etiā ratione priuationis ſeu carentie. Natura em̄ eſt cauſa principalis illius appetitus: priuatio vero vt cauſa ſine qua nō: nam niſi careret forma nullo mō appeteret eā. Sicut animal a natura ſua ꝓpria appetit cibū: ⁊ tamē non niſi ſit ꝑuatū ſeu euacuatū cibo: nā plenū nō appetit/imo faſtidit cibū. ❡ Ultimo conſyderandū/ꝙ ſm̄ Auicennā. iiij. metaphy. cap̄. vltimo: Appetitus eſt duplex. Quidam eſt cōplacentie vel delectatiōis/qui ſcʒ eſt reſpectu boni habiti. Quidaʒ deſyderij/qui ſcilicet eſt reſpectu non habiti: ⁊ de iſto ſolum eſt verū/ꝙ omnis appetitus fit ratione carentie. De quo etiā dicit autor in textu: ꝙ vnūquodqʒ in quo magis deficit/illud magis appetit. Ex quo patet ꝙ materia aliter appetit formam ꝗʒ habet/quia ſolū appetitu cōplacentie: ⁊ aliter eā quā non habet/quia ſolum appetitu deſyderij. Sco. aūt. ij. q. j. metaphy. videtur negare hanc diſtinctionē in appetitu naturali/ in quo prope nulla eſt delectatio.

Appetit⁹ naturalis capit̄ dupliciter.

Dubium

Aliter appetit̄ res non habita/aliter habita.

Et dicitur materia inquātū apta nata eſt recipere formā. Subſtantia vero ſiue ſubiectum/inquātū ſubſtat forme: vnde accidentia ſine forma non habent eſſe ſuum in materia. Sed yle dicitur ſcd̄m id qd̄ nō habet cōparationē ad aliquā formam. Origo vero ſcd̄m ꝙ eſt principiū oīm rerū naturaliū.

Noīa materie.

Ponit nomina materie/⁊ eadem declarat. Ubi notandum ꝙ nomina materie ſunt duplicia: q̄dam ſunt ꝓpria: q̄dam trāſumptiua. Propria ſunt ſex/ſcʒ materia quaſi mater rei: quia quicq̄d generat̄/ ex materia generat̄. Secūdo dicitur ſubiectū ſiue ſubſtātia: vt ſubſtātia dicitur a ſubſtādo/inquantū actu ſubſtat forme naturali que in ipſam recipitur vel īmediate vel mediate: īmediate vt forme ſubſtātiales/⁊ ſi non omnes/ſaltē alique: de quo dicetur in ſecūdo tractatu: ⁊ mediāte forma ſubſtātiali ſubſtat accidētib⁹ corꝑalib⁹: q̄ nō ſunt īmediate in materia ꝑma/ſed in cōpoſito ex materia ⁊ forma ſubſtantiali. Propter eandē cauſam dicit̄ ab Ariſto. j. de generatiōe/pandexis. i. receptaculū oīm formaꝝ. Tertio dicit̄ yle/inquātū eſt indifferēs ad oēm formā ſibi poſſibilē/nec plus diſpoſita ad hāc ꝗʒ ad illā. Quarto dicit̄ origo/inquātū forme ex ea originant̄: ⁊ ſolū hec q̄tuor noīa ei⁹ declarant̄ in textu. Quinto dicit̄ elemētū: q̄a eſt ꝑmū in cōpoſitiōe ⁊ vltimū in reſolutiōe. Sexto dicit̄ maſſa ꝓ quāto eſt in ſe nō diſtincta/ſed diſtinguit̄

Materia

Subiectū ſiue ſubā.

Pādexis

Yle

Origo

Elemētū.

Maſſa.

ſm diuerſitatē formarꝝ q̄s ſuſcipit in diuerſis cōpoſitis. ¶ Noīa trāſūptiua ſunt
Mater ‖ mater: quia forme ex potentia eius quaſi proles ex vtero matris educunt̄. Femina
Femina ‖ etiā dicit̄ ꝓpter ei⁹ impfectionē: q̄a ex ea nō pōt educi forma ſine agēte/ ipam alte/
rāte ꝛ diſponēte: ſicut feīa eſt impfecta reſpectu viri/ nec ꝓducit ꝓlē ſine maſculo.
Turpe ‖ Dicit̄ etiā turpe/ rōne ꝑuatiōis ſibi annexe: q̄a ſcʒ de ſe nullā habet formā/ q̄ eſt ei⁹
Sylua ‖ pulchritudo ꝛ bonū.i. pfectio. Dicit̄ etiā ſylua ſm platonicos: q̄a ſicut ī ſylua ſūt
ligna nō diſpoſita/ ſed dolabilia vt cōponāt edificiū: ſic materia de ſe nō eſt magis
diſpoſita ad hoc vt ſit pars hui⁹ vel illi⁹ cōpoſiti: ſed ē diſponibilis ad hoc vt trāſ/
Chaos ‖ eat in cōpoſitionē diuerſorꝝ cōpoſitorꝝ. Dicit̄ etiā chaos ſm Anaxagorā/ rōne potē
Latēs in ‖ tie q̄ dicit̄ cōtinere oēs formas confuſe ꝛ indiſtincte. Dicit̄ etiā ſm Platonicos/ la
tenebris. ‖ tēs in tenebris: q̄a vt dicit Ariſto. j. phyſi. non cognoſcit̄ a nobis materia: niſi ſm
analogiā ad formā/ ſcʒ inquātū videmus eā tranſmutari ex vna forma in aliā. Vn̄
ꝛ Cōmē. viij. metaphy. dicit/ ꝙ trāſmutatio facit ſcire materiā/ ſicut opatio formā.
¶ Ad euidentiā dictorꝝ ꝛ dicēdorꝝ de materia pono aliq̄s cōcluſiōes ad intētionē
Sco. i. xij. diſt. ij. ſen. Prima ꝯcluſio: Materia ꝑma ē ens reale ꝛ poſitiuū. Proba
tur: q̄a materia eſt p ſe ꝑncipiū/ ex ꝑmo phy. ꝛ p ſe cauſa/ ex ſecūdo eiuſdē: ꝛ eſt ſub/
iectū gn̄atiōis ſubſtātialis/ ex ꝑmo de generatiōe: ꝛ ibidē vocat eā pādexim.i. rece
ptaculū oīm formarꝝ: ꝛ etiā materia eſt pars eſſentialis rei naturalis. Itē ſm Ari
ſtote. ij. phy. p ſe refert̄ ad formā relatiōe reali. Sed certū ē ꝙ oīa p̄dicta nō poſſūt
cōuenire niſi enti reali/ ꝛ poſitiuo: hoc eſt/ actu exiſtēti: ergo materia ꝑma eſt ens re
Materia ‖ ale ꝛ poſitiuū. Et intelligo p materiā ꝑmā/ materiā ī ſua entitate ꝑciſe cōſyderatā ꝫ
prima. ‖ ſine omi forma. ¶ Sed cōtra hāc ꝯcluſionē obijcit̄ duplicit̄. Primo: q̄a dicit̄. vij.
metaphy. ꝙ materia nec eſt q̄d/ nec q̄le/ nec quātū/ nec aliq̄d aliud eorꝝ q̄b⁹ ens de/
terminat̄: ergo materia nō eſt ens reale. Tenet cōſequētia: q̄a oīe ens reale finitū
eſt alicui⁹ p̄dicamēti. Reſpōdeo: ꝙ Ariſto. ibi loquit̄ de his q̄b⁹ ens diuidit̄ p ſe:
vt patet p illā pticulā q̄ addit̄/ nec aliq̄d eorū q̄b⁹ ens determinat̄. Vult ḡ Ariſto.
ibi/ ꝙ materia nō eſt p ſe in aliq̄ p̄dicamēto: qđ verū eſt nō ſolū de materia/ ſed eti/
am de forma: nā ꝑncipia nō ſūt in predicamento/ niſi reductiue. Secūdo obijcit̄ p
hoc/ ꝙ materia eſt ens in pura potētia/ vt dicit̄. j. phyſi. ꝛ. v. metaphy. ergo nō eſt
ens reale ꝛ poſitiuū ſeu in actu. Reſpōdeo ꝙ materia eſt in pura potētia ſubiectiua
ſed eſt in actu entitatiuo. ¶ Pro cuius declaratiōe pono hāc diſtinctionē: Duplex
Actus en ‖ eſt act⁹: ſcʒ entitatiu⁹ ſeu exiſtētie ꝛ formalis. Vn̄ illud dicit̄ eſſe in actu entitatiuo
titatiuus ‖ qđ exiſtit realit̄ extra ſuā cauſam ꝛ extra quēcūqꝫ ītellectū. Huic actui opponit̄ po/
Potētia ‖ tētia obiectiua. Vn̄ illud dicit̄ eſſe in potētia obiectiua/ qđ nō eſt/ ſed poteſt eſſe: vt
obiectiua ‖ antichriſt⁹ ꝛ quodlibet ꝓducibile. Cū igit̄ materia ſit iā ꝓducta ꝛ eſt pars rei exi/
Actus ‖ ſtētis: ſequit̄ ꝙ ipa nō eſt in potētia obiectiua/ īmo eſt in actu entitatiuo. Act⁹ for/
formalis. ‖ malis eſt ipa forma. Vn̄ illud dicit̄ eſſe in actu formali/ qđ eſt forma vel habet for/
mā. Huic actui opponit̄ potētia ſubiectiua vel receptiua: ſicut ſupficies eſt in potē/
Potētia ‖ tia ſubiectiua ad albedinē cui⁹ eſt receptiua. Vn̄ illud dicit̄ eſſe ī potētia ſubiectiua
ſubiecti/ ‖ qđ eſt ꝛ poteſt eſſe ſubiectū alicui⁹ forme. Per hoc ꝙ dico/ eſt: excludunt̄ ficta ꝛ ea
ua. ‖ q̄ habēt eſſe in potētia obiectiua: q̄b⁹ nō pōt cōuenire potētia ſubiectiua. Cū itaqꝫ
materia ī ſua entitate cōſyderata nec ē forma nec habet formā/ ſed ē receptiua oīm
formarꝝ: ideo ipa nullo modo eſt in actu formali/ ſed eſt ī pura potētia ſubiectiua.
Scđa ꝯcluſio: Materia eſt res diſtincta eſſentialit̄ a forma. Probat̄: q̄a ipoſſibi/
le eſt idem ſepari a ſeipō: ſed materia poteſt ſepari ab omi forma ſaltē ſucceſſiue: er
go eſt res diſtincta eſſentialit̄ a forma. Minor ꝓbat̄: q̄a (vt ſupra dictū ē) materia
eſt receptaculū oīm formarꝝ: ſed nō ſimul: ergo ſucceſſiue. Et p cōſequens ſicut pōt
ſucceſſiue recipe oēs formas/ ita ſucceſſiue pōt ſepari ab omnib⁹ formis: q̄a nō pōt
recipe nouā formā/ niſi ſepet̄ a ꝑori. Tertia concluſio: Licet naturalit̄ materia nō
pōt eſſe ſine forma: tn̄ nō īplicat ꝯtradictionē materiā eſſe ſine omi forma. Prima
pars patet p Ariſto. ꝑmo de gn̄atiōe dicentē: ꝙ materia nūq̄ꝫ eſt ſine morpheis ꝛ

paſſiōibꝰ: hoc eſt ſine formis ſubſtātialibꝰ ⁊ accidētalibꝰ. Secūda pars ꝓbaꝭ: q̇a om̄e abſolutū ꝑus alio abſoluto a quo eſt diſtinctū realiꝭ/ poteſt eſſe abſq̧ cōtradictiōe ſine illo: Materia eſt abſolutū realiter diſtinctū/ ⁊ prius quacūq̧ forma ⁊ ſubſtātiali ⁊ accidentali: ergo materia poteſt ſine cōtradictiōe eſſe abſq̧ q̄cūq̧ forma. Maior ꝓbaꝭ: q̇a prius eſſentialiter nō dependet in eſſendo a ſuo poſteriori. Unde dicīꝭ. v. metaphy. Priora ſm naturā ſunt q̄cūq̧ poſſunt eſſe ſine alijs / ⁊ alia non ſine illis. Minor ſatis patet ex precedentibꝰ/ quātū ad id qđ materia ſit realiter diſtincta a forma: ⁊ ꝙ ſunt abſoluta: q̇a ſunt partes rei abſolute. Qꝫ autē materia ſit prior forma ſaltē natura ⁊ origine/ patet: q̇a eſt receptiuū forme ⁊ fundamentū eiꝰ: ſed receptiuū ⁊ fundamētū forme eſt prius forma/ q̇a p̄ſupponitur. ¶ Cōtra has duas concluſiones ſimul ſic inſtatur: Materia nō poteſt cognoſci/ niſi in analogia ad formā/ ſm Ariſtote. p̄mo phyſi. ergo non habet entitatem realiter diſtinctam a forma: vel ſaltem non poteſt ſeparari a forma: quia magis videtur cōuenire materie poſſe intelligi ſine forma/ q̄ꝫ poſſe eſſe ſine forma. Reſpondeo: ꝙ materia ſicut habet diſtinctam entitatem/ ſic ⁊ diſtinctam cognoſcibilitatē: ſicut em̄ res ſe habet ad entitatem/ ſic ⁊ ad cognoſcibilitatē/ ex. ij. metaphyſi. Dico igitur ꝙ materia in ſua entitate eſt cognoſcibilis: ſed non a nobis. Primū patet ex predictis: Nā oīs entitas abſoluta in ſe eſt cognoſcicibilis. Secūdum patet: Nam forma eſt magis cognoſcibilis a nobis q̄ꝫ materia: ſed forma non cognoſciꝭ a nobis in ſua entitate niſi ex operatiōibꝰ: ergo nec materia. Cognoſcimus itaq̧ materiā/ vt dicit Cōmē. viij. metaphy. per tranſmutationē/ ſicut formam per operationē. Cognoſcimꝰ em̄ nouā formā quia videmus nouā operationē que arguit formā: hoc aūt ſubiectuꝫ quod trāſmutatur de vna forma in aliā/ manens ſub vtraq̧ iudicamus materiaꝫ: patet igitur ꝙ licet materia ſcibilis eſt per analogiā ſeu comparationē ad formā: tamen ex hoc non ſequitur ꝙ non ſit alio modo in ſe ſcibilis.

De cognoſcibilitate materie.

PRiuatio eſt carētia formę cū aptitudine materię ad illā. Cū aptitudine dico: ꝓpter īgn̄abilia ⁊ īcorruptibilia: in quoꝝ materia nō eſt priuatio: qm̄ ad nullā aliā formā eſt in potentia. Cōtingere em̄ ab eſſe nihil differt in perpetuis.

Priuationis diffinitio.

Determinat de ſecundo principio rerū naturaliū/ ſcꝫ de priuatione quā primo diffinit: ſecūdo diffinitionē declarat. Ad cuius declarationē ſciēdū: ꝙ ꝑuatio ſm philoſophū. iiij. metaphyſi. eſt negatio in ſubiecto apto nato: ita ꝙ nihil addit ꝑuatio vltra negationē/ niſi ꝙ req̄rit ſubiectū aptū natū ad habendū illā formā cuius ꝑuatio eſt negatio. Ex q̄ patet: ꝙ ad ꝑuationē duo req̄runꝭ. Primū eſt carētia forme: ⁊ in hoc cōuenit cū negatiōe. Scđm eſt aptitudo in ſubiecto ad illā formā: ⁊ ꝑ hoc differt a negatiōe. Un̄ licet lapis eſt nō vidēs: tn̄ nō dicīꝭ cecꝰ: q̇a ad cecitatē nō ſufficit carētia viſus/ ſed req̄rīꝭ aptitudo ī ſubiecto ad habēdū viſum: hec aūt nō ē in lapide. ¶ Ubi cōſyderādū eſt ſm Ariſto. v. metaphy. ⁊ Sco. xxviij. diſt. j. i ſolutiōe ꝑme q̄ſtiōis: ꝙ q̄dā ē ꝑuatio ꝓprie dicta: puta qn̄ aliq̇d caret eo qđ aptū natū ē habere ſm ſuā naturā ſpecificā: ⁊ qn̄ ⁊ vt oportet/ ⁊ ſic de alijs cōditionibus: vt patet de cecitate canis. Quedam eſt priuatio cōiter dicta: ſcꝫ qn̄ aliq̇d caret illo qđ natū eſt habere: nō tamen ſm cōditiones p̄dictas: vt puer dicīꝭ ꝑuari ſcia. Qn̄q̧ accipīꝭ ꝑuatio adhuc cōmunīꝰ: qn̄

Declaratio diffinitionis priuationis.

Priuationis acceptiones.

ſimpliciter / ſupplere vicem cuiuſlibet cauſe extrinſece. Quod ideo addit: nã cauſe
intrinſece habent ſibi annexam imperfectionem: quia ſunt partes illius rei cuius
ſunt cauſe: ⁊ ideo deus nõ ſupplet vicem cauſarũ intrinſecarum.

Vtrũ pri-
ma cauſa
poſſit age
re ſine ſe-
cunda.

Item aliquid eſt cauſa alicuius in actu: aliud vero in poten-tia.

Tertia combinatio cauſaꝝ eſt: ꝙ quedam eſt cauſa in actu. ſ. cauſandi / vt
domificans: quedam in potentia. ſ. cauſandi / vt domificator non
domificans. Et additur vtriqꝫ membro / cauſandi: quia hic eſt ſermo de potẽtia re
ſpectu actus ſecũdi / qui eſt operatio: ⁊ nõ de potẽtia reſpectu actus primi / q̄ eſt for
ma mediãte qua agẽs opat. Et ideo hõ nõ domificãs / nec habẽs artẽ domificãdi
nõ dicit eſſe cauſa dom⁹ nec in actu nec in potẽtia: vt hic capit potẽtia. ¶ Ponit
aũt Ariſto. differentiã inter cauſam in actu ⁊ cauſam in potẽtia: ꝓ hoc ꝙ cauſa in
actu ſimul eſt ⁊ nõ eſt cũ ſuo effectu in actu / ⁊ nõ cauſa in potentia. Hanc differen-
tiam exponens Egidius Romanus circa. ij. phyſicoꝝ dicit: ꝙ cauſa efficiens per
motũ habet duplicẽ effectũ. Vnum immediatũ. ſ. ipſum fieri: aliũ mediatũ. ſ. factũ
eſſe. Et hanc differentiã dicit eſſe veram de cauſa in actu ⁊ de effectu immediato. ſ.
de ipſo fieri: ⁊ nõ de effectu mediato. ſ. de facto eſſe. Nam quando cauſa eſt in actu
tunc mouet: ⁊ quando mouet / tunc fieri eſt in mobili: factum aũt eſſe non habet q̃
diu cauſa mouet: vt quando domificator domificat: tunc domus fit / ſed nõ eſt: et
ideo bene ſequit: domificans eſt: ergo factio domus eſt: vel domus fit: ⁊ econtra.
Hec opinio licet ſit probabilis: tamen Scoto nõ placet: ⁊ ideo ipſa reprobata ali-
ter reſpondet ipſe. v. meta. q. ij. ꝙ hec differentia eſt intelligenda nõ de reſpectibus
quibus referunt adinuicẽ cauſa ⁊ effectus / ſicut correlatiua: que ſimul ſunt ⁊ non
ſunt: vt dicit in predicamẽtis: quia etiã cauſa in potẽtia ⁊ effectus eius ſimul ſunt
⁊ non ſunt: cũ hec ſint eque correlatiua / ſicut cauſa in actu ⁊ eius effectus. Nec in-
telligenda eſt de fundamentis illoꝝ reſpectuũ abſolute: q: ſic neutrobiqꝫ ſimul ne
ceſſario ſunt in actu: nec neceſſario ſimul in potentia: nõ eñ ſequit ꝙ ſi fundamen
tum cauſe in actu exiſtat / ꝙ fundamentũ effectus in actu exiſtat. Sed intelligit de
fundamẽtis actu exiſtẽtibus ſub relationibus cõparatis ad exiſtentiã. Nã ſi fun
damentũ cauſe in actu exiſtit ſub relatione in actu / fundamentũ relatiõis effectus
exiſtit ſub relatione in actu: ⁊ hoc acciplẽdo illũ effectũ cuius eſt illa cauſa in actu:
nã dũ efficiẽs mouet / nõ eſt cauſa in actu niſi ipſi⁹ fieri vſqꝫ ad vltimũ inſtãs: in q̃
terminat motus in quo eſt cauſa in actu facti eſſe. Vnde ſi cauſa eſt in actu in fieri
ſimul erit effectus in fieri: ſed ſi cauſa in actu eſt in facto eſſe / erit ſimul effectus in
facto eſſe. Non ſic autẽ eſt de cauſa in potentia ⁊ eius effectu: vt patet. ¶ Quarta
combinatio (quam noſter hic autor omiſit) eſt hec: Cauſarũ quedaꝫ eſt incõplexa,

Differen-
tia inter
cauſaꝝ in
actu ⁊ cau
ſam in po
tentia.

Duodeci modi cau ſarum.

Differũt ſpẽs ⁊ mo di cauſaꝝ

vt ſtatuarius vel polieletus: quedam complexa/ vt ſtatuarius policletus: que cõ/plectitur cauſam per ſe ⁊ cauſam per accidens. Ex quibus quatuor cõbinationibꝰ colligi poſſunt: vt dicit Cõmentator. v. metaphy. duodecim modi cauſarũ in vno genere ⁊ vno ordine cauſe: diuidendo per cauſam in actu ⁊ in potentia: que erant membra tertie combinationis ſingula membra reliquarũ trium combinationũ. ¶ Ultimo notandum: ꝙ alia eſt diſtinctio cauſarũ per ſpecies/ ⁊ alia per modos. Nã diſtinctio cauſarũ ꝑ ſpecies ſumiẗ ſm diuerſas ratiões cauſalitatis/ cõſtituentes diuerſas ſpecies cauſarũ: ⁊ ideo eſt quaſi per differentias eſſentiales. Sed diuiſio cauſarũ per modos accipitur ſm diuerſas habitudines quas habent cauſe/ manente eadem cauſalitate ſm ſpeciem: ⁊ ideo eſt quaſi per differentias acciden/tales. Unde Cõmentator. ij. phyſi. cõmen. xxxij. Et intẽdit inquit/ per modos cauſas que diuiduntur per accidens.

De coinci dẽtia cau ſarum.

Et nota ꝙ tres cauſe quandoqꝫ in vnum conueniunt: ſicut formalis efficiens et finalis. Nam forma eſt cauſa formalis ipſi/us compoſiti: et eſt efficiens reſpectu eorum que fiunt ſcd̃m naturam: finalis vero reſpectu materie.

Coincidẽ tia cauſa/ ruꝫ fit du pliciter.

Tertium notabile de coincidentia trium cauſarũ. Ad cuius declarationem notandum primo: ꝙ cauſas coincidere in vnuꝫ/ poteſt intelligi dupliciter. Uno modo quo ad cauſalitatem: ita ꝙ ſit vna ratio cauſandi plurĩũ cauſarũ: ⁊ ſic nunqꝫ coincidunt. Alio modo quo ad rem a pluribus cauſis denominatã: ita ꝙ eadem res poſſit eſſe cauſa efficiens/ formalis ⁊ finalis: ⁊ ſic eſt verum: quod autor in textu declarat de forma: que eſt cauſa formalis totius com/poſiti/ ⁊ efficiens operationũ naturaliũ/ ⁊ finis materie. Nam materia eſt propter formam/ ⁊ non econtra: vt. ſ. dictum eſt declarando nomina forme. Exempli gra/tia: anima eſt cauſa formalis corporis animati/ ⁊ eſt cauſa efficiens operationũ vitalium. Unde diciẗ. ij. de anima/ in ſecunda diffinitione anime: Anima eſt qua viuimus/ ſentimus/ mouemur/ ⁊ intelligimus primũ. Etiã ipſa anima eſt finis corporis organici/ quod eſt eius materia. ¶ Notandũ ſcd̃o: ꝙ in generatione vniuoca predicte tres cauſe hoc modo coincidunt/ ſm Ariſto. ij. phyſi. Finis generationis ⁊ forma geniti coincidunt in idem numero: ⁊ efficiẽs cũ illis in idem ſpecie: vt cũ homo generat hominẽ: forma hominis geniti ⁊ finis generationis ſunt idẽ in numero: ⁊ efficiens quod eſt forma hominis generantis/ coincidit cum illis in idem ſpecie. Jn factione vero equiuoca ſepius efficiẽs ⁊ finis gratia cuius/ ſiue finis rei operate/ coincidũt in idem numero: vt patet cũ homo propter ſeipſum edificat domũ: ſiliter deus eſt cauſa efficiẽs ⁊ finalis creature. ¶ Si queras: an materia etiã poteſt coincidere cũ efficiente? Reſpõdeo ſupponendo ꝙ triplex eſt materia. Quedam in qua: que eſt idem quod ſubiectũ: ⁊ de hac cõcedit Sco. in. iij. diſ. ĵ. q. viij. vt patet in ſubiecto ⁊ eius ꝓpria paſſiõe. Quedã eſt materia circa quã ſeu obiectũ. Et de illa etiã eſt verũ: nam ſonus qui eſt obiectũ potentie auditiue ⁊ etiã auditionis/ eſt cauſa efficiens illius auditionis: ſiliter obiectum ſcientie eſt cauſa efficiens ipſius ſcientie. Unde Sco. in ꝓlogo. q. ij. dicit ꝙ ſubiectũ ſcientie ſm veritatẽ nõ pertinet ad genus cauſe materialis/ ſed ad genus cauſe efficientis. Quedã eſt materia ex qua: que ſola diciẗ ſm veritatẽ materia. Et illa nunqꝫ coincidit cũ efficiẽte.

Tres cau ſe coinci/ dentes.

An mate ria põt co incidere cũ efficiẽ/ te.

Subie/ ctũ ſciẽtie ad qđ ge/ nus cauſe pertinet.

quo ad tranſmutationē phyſicā. Quod ideo additur: nam cū materia ſit in ſe intelligibilis: vt probatū eſt ſupra ex intentione Scoti. xij. diſ. ij. q. j. ⁊ omne intelligibile in ſe concurrit effectiue cum intellectu ad cauſandum intellectionem: quia ſm Auguſtinum/ a cognoſcente ⁊ cognito paritur noticia: ideo oportet concedere ꝙ etiam materia ex qua/ poteſt habere rationem cauſe efficientis reſpectu intellectionis de ſe.

De cauſis p accidens. Et primo de fortuna.

FOrtuna eſt cauſa per accidens/ eorum que fiunt non propter hoc: extra ſemper et frequenter in habentibus ꝑpoſitū. Nota eorū que fiunt/ quedā fiūt ꝑpter hoc: quedā nō ꝑpter hoc. Et eorū que fiunt ꝑpter hoc/ quedā fiunt a propoſito: quedā a natura. Et illa fiūt a natura/ quecūqꝫ in ſemet ipſis a quodam principio continue procedunt ad aliquē finē: vt patet in febricitante. Et eorum que fiunt/ quedam fiunt vt ſemper: quedam vt frequenter: quedam vt raro. Et eorū que fiunt a propoſito propter hoc/ cauſa per ſe eſt propoſitum. Et eorum que fiunt a natura propter hoc/ cauſa per ſe eſt natura. Et eorum que fiunt non propter hoc/ cauſa per accidens eſt fortuna et caſus.

Vltima particula huius ſecunde partis: in qua autor incipit determinare de cauſis per accidēs/ ſcꝫ de caſu ⁊ fortuna. Et tria facit. Primo oſtendit quid ſit fortuna: ſecūdo quid caſus: tertio in quibus contingūt monſtra. Circa primū primo premittit diffinitionem fortune: ſecundo ſubiungit quattuor diuiſiones/ vtiles ad declarationem particularum poſitarum in diffinitione fortune ⁊ caſus. Quas diuiſiones primo declarabo: ⁊ tandē reuertar ad exponendam diffinitionē fortune. ¶ Prima diuiſio eſt hec: Eorū que fiunt/ quedam fiunt propter hoc: quedā nō propter hoc. Cuius diuiſionis aliū ſenſum colligo ex textu autoris/ ꝗꝫ ſit Ariſto. Nā apud Ariſto. ſenſus eius eſt iſte: ꝙ quedā actiones ſunt

propter finem: ⁊ in illis poteſt accidere caſus ⁊ fortuna. Alie ſunt nō propter finē ſicut ſunt actiones ocioſe: vt fricatio barbe/aut aliquid tale quod non ordinaṫ ad aliquē finem: ⁊ in illis non fit caſus nec fortuna. Et ideo Ariſto. diffiniens caſum ⁊ fortunam/ponit in eorum diffinitionibus primū membrū huius diuiſionis. Autor autē hic ponit eam de effectibus: vt ſit ſenſus ꝙ quidam effectus fiunt ex intentione agentis: ⁊ illi non ſunt a caſu nec a fortuna: quidam fiunt preter intentionē agentis: ⁊ illi fiunt a caſu vel a fortuna. Et ꝙ ſic eam autor intelligat/ patebit ex quarta diuiſione. ¶ Secunda diuiſio: que eſt ſubdiuiſio primi membri prioris diuiſionis: ⁊ melius aptatur precedenti diuiſioni/exponendo illam ad intentionem Ariſto. q̄ʒ autoris. Quā ſic exponit Sco. xvj. q. q. Eorū que fiunt propter hoc. i. propter finem: cuiuſmodi ſunt omnia que fiunt a cauſa per ſe: quedam fiunt a propoſito. i. ab agente per intellectū ⁊ deliberationē: quedam a natura. i. ab agēte neceſſitate vel inſtinctu nature. Nā duplex eſt principiū agēdi/ſcʒ volūtas ⁊ natura.

Differentia inṫ caſum ⁊ fortunam.

Et ex hac diuiſione habeṫ differentia inter fortunā/ que ſolum eſt in agētibus ſm propoſitū: ⁊ caſum/qui fit in agentibus ſm naturā ꝓprie acceptus/ vt opponitur fortune: vel in vtriſqʒ/ſi capiaṫ generaliter vt ſe extendit ad fortunā ⁊ caſum ꝓprie dictum. ¶ Tertia diuiſio: que ſic exponiṫ ad intentionē Scoti. ij. diſ. j. q. vij. Eoꝝ que fiunt/quedā fiūt ſemper/ſcʒ ex aliqua cauſa determinata: vt eclipſis lune ſemper fit ex interpoſitione diametrali terre inter ſolem ⁊ lunam: quedā frequēter: vt pluuia ex nubibus condenſatis/vel ex ſemine oliue oliua: quedā raro: vt ex fractione muri vel foſſione ſepulchri inuentio theſauri. Addebaṫ notanter omnibus membris/ex aliqua cauſa determinata: quia hec membra nō debent accipi abſolute: ſed per cōparationē effectus ad cauſam. Unde ille diciṫ effectus euenire frequēter/qui habet cauſam determinatā a qua vt in pluribus ꝓduciṫ. Raro vero illud fit quod produciṫ ab aliqua cauſa ad aliū effectum ordinata. Hec autē diuiſio nō ſolum cōuenit his que fiunt a natura/ſed etiā his que fiunt a propoſito: ⁊ ideo melius apud Ariſto. poniṫ ꝓ prima diuiſione/q̄ʒ in textu pro tertia quaſi ſubdiuiſio eorū que fiunt a natura. Expungenda eſt ergo ab hac tertia diuiſione hec particula/a natura: vt poſſit etiā cōuenire his que fiunt a propoſito: ⁊ etiā vt fortuna ſit cauſa eorū que fiunt raro/ſicut ⁊ caſus. ¶ Quarta diuiſio accipiṫ ex verbis illis Ariſto. Sunt autē ꝓpter hoc quecunqʒ ab intellectu aguntur ⁊ a natura: Hmōi igiṫ cum ſm accidēs fiunt/dicimus a fortuna eſſe. Quoꝝ verboꝝ ſenſus eſt: Si in his que fiunt ꝓpter finē ab intellectu vel a natura/fiat aliquid ſm accidens. i. preter intentionē agentis: illud dicimus a fortuna eſſe. Autor aliter ea intelligens/accepit ex illis hanc diuiſionē: que habet tres partes. Et illius ſenſus eſt iſte: Quidam effectus fiunt ex intentione agentis ſm propoſitū: ⁊ illorū per ſe cauſa eſt ꝓpoſitū. Quidā fiunt ex intētione agentis ſm naturā: ⁊ illoꝝ ꝑ ſe cauſa eſt natura. Quidā vero effectus fiunt preter intentionē agentis: ⁊ illoꝝ cauſa per accidēs eſt fortuna vel caſus. Et ex hac quarta diuiſione clarius patet expoſitio prime diuiſionis ſm intentionē autoris. Nam ipſe per ea que fiunt propter hoc/ intelligit effectus qui fiunt ex intentione agentis. Ariſtote. vero intellexit ea que fiunt ꝓpter finem.

Expoſitio diffinitionis fortune.

Et ideo ſic fortunā diffinit: Fortuna eſt cauſa per accidens eoꝝ que fiunt nō propter hoc. i. effectuū qui fiunt preter intentionē agentis: extra ſemper ⁊ frequenter. i. raro in habentibus ꝓpoſitū. i. in agētibus ex deliberatione. Sed melius ſic

Fortune diffinitio ſm Ari.

Ariſto. Fortuna eſt cauſa ſm accidēs/eorū q̄ in minori. i. raro fiūt in his que ſunt ſm ꝓpoſitū ⁊ ꝓpter hoc. Que diffinitio clarius poniṫ in tranſlatiōe noua (que eſt Argiropili Biçantini) ſic: Fortuna eſt cauſa ꝑ accidens/ eoꝝ que raro fiūt in his que ꝑ electionē gratia alicuius fiunt. In qua diffinitione primo poniṫ cauſa ꝑ accidens/ad differentiā cauſe per ſe.

Cauſa ꝑ accidēs i ꝓpoſito.

Et ſumiṫ hic/per accidēs: nō ex parte cauſe/ſed ex parte effectus: vt. ſ. dictū eſt circa diuiſionē cauſe in ꝑ ſe ⁊ per accidēs. Unde illa diciṫ eſſe cauſa ꝑ accñs/cui cauſanti effectū aliquē intētū accidit aliqd ꝓter intētio

nem: que cauſa ſi cōparatur ad effectū intentum/dicitur cauſa per ſe: ſi ad effectum non intentum/eſt cauſa per accidens. Secundo ponitur/eorum que fiunt in minori ſeu raro: ad differentiam eorum que fiunt ſemꝑ vel frequenter/ſcʒ ex aliqua cauſa: ⁊ tangitur ibi natura fortuitorum ⁊ caſualiū. De ratione enim eorū eſt ꝙ fiant raro: non abſolute/ſed per comparationem ad aliquā cauſam: vt ſupra dictum eſt. Tertio ponitur/in his que fiunt ſm propoſitū ſeu ex electione: ad differentiam caſus. Unde inanimatis/ beſtijs/infantibus: ⁊ generaliter omnibus que agūt ex inſtinctu nature ⁊ non ex deliberatione/nihil accidit a fortuna: licet poteſt aliq̇d accidere a caſu. Ultimo cū dicitur/et propter hoc ſeu propter finē: excludunt̄ ſm Cōmen. actiones vane: id eſt/non ordinate ad finem: in q̇bus non poteſt fieri neqꝫ caſus neqꝫ fortuna. Unde licet ea q̄ fiunt propter finem intentū ab agente/non ſunt a caſu ⁊ fortuna: tamen ſolū in illis accidit caſus ⁊ fortuna/ quando ſcʒ euenit aliquid preter intentionē agentis: vt ſi fodiens ſepulchrū inueniat theſaurū: fodiebat enim ſepulchrū vt ſepeliat mortuū: et accidit preter intentionē fodientis inuētio theſauri. ¶ Ex qua diffinitione ſic declarata infero aliquot concluſiones ad intentionem Sco. xxi. q. quodlibeti. Prima concluſio: Illud qꝺ euenit preter intentionem agentis ſm propoſitum/dicitur fortuitum ſeu effectus fortune: ⁊ illud agens ſm propoſitum comparatum ad illum effectum fortuitum/dicitur eſſe fortuna: vtraqꝫ pars patet ex diffinitione fortune. Secunda concluſio/que ſequit̄ ex precedenti: Fortuna non eſt aliqua cauſa diſtincta ab agente ſm propoſitū ſeu voluntatem: immo eadem voluntas que reſpectu effectus intenti eſt cauſa per ſe: reſpectu effectus non intenti/dicitur eſſe cauſa per accidens ſeu fortuna: ⁊ hoc capiendo fortunam pro denominato: quia fortuna pro per ſe ſignificato/eſt quidā reſpectus agentis ſm propoſitum ad effectum non intentum. Tertia concluſio: Falſa eſt opinio paganorum imaginātium fortunam eſſe quandam deam: cui tanq̄ cauſe per ſe attribuunt effectus fortuitos. Quarta cōcluſio: Fortuna (cum ſit cauſa per accidens/reducitur ad cauſam per ſe priorem: et ad ſeipſam prout eſt cauſa per ſe alterius effectus: vt vult Scotus. xv. diſtin. ſecundi. Secunda pars patet ex precedentibus: nam fodiens puteum per accidens eſt cauſa inuentiōis theſauri: ⁊ eſt cauſa per ſe foſſionis. Prima pars probatur: quia nihil ſic euenit a fortuna/quinetiam eueniat ab aliqua cauſa per ſe intendente illum effectum ⁊ coniungente plures cauſas particulares per ſe ad illud/licet non ſimul cauſantes: puta obruentem theſaurum in hoc loco ⁊ in eodem loco fodientem puteum: vel quaſcunqꝫ alias a q̇bus ſit effectus fortuit⁹ preter intentionē: licet per cōparationē ad illam cauſam priorem ſit preſcitus ⁊ intentus. Et hoc declaratur per exemplum Auicenne. Si (inquit) paterfamilias ſciat pecora incidiſſe in foueam: ⁊ mittat ſeruos per diuerſas vias ad extrahenda illa pecora: ⁊ poſito ꝙ illi ſerui conuenirēt preter eorum intentionem in loco in quo paterfamilias volebat: tunc ille concurſus reſpectu ſeruorum eſt fortuitus: ſed a patrefamilias preſcitus ⁊ intentus. Ex quo ſequitur vltima concluſio: ꝙ per comparationem ad primam cauſam/ nihil eſt caſuale vel fortuitum: nam ſub intentione eius cadunt omnes effectus. Unde Plato in Thimeo: Nihil eſt cuius ortum non preceſſit legitima cauſa. Capitur autem hic fortuna vt ſe extendit tam ad bonam fortunam/que dicitur eufortuniū q̄ ad malam/que dicitur diffortunium.

Quō caſualia fiunt raro.

Casus eſt cauſa per accidens eorū que fiunt non propter hoc/extra ſemper ⁊ frequēter/in non habentibus

Diffinitio ⁊ acceptio caſ⁹.

propoſitum. Et nota ꝙ caſus quãdoq̧ diſtinguitur cõtra for tunam: vt patet in eius diffinitione. Quandoq̧ autem eſt ſu- perius: ⁊ tũc in eius diffinitione omittitur vltima particula: ſci licet/in non habentibus propoſitum.

Caſus ca piẗ dupli citer.

Secundo ponitur diffinitio caſus ⁊ eius duplex acceptio. Accipitur eñ caſus dupliciter. Uno modo proprie, vt opponitur fortu ne: ⁊ ſic ſolũ fit in agentibus ſm naturã: ſicut fortuna in agentibus ſm propoſitũ Alio mõ generaliẗ vt ſe extendit ad fortunã ⁊ caſum ꝓprie dictũ: ⁊ ſic fit tã in agẽ tibus ſm propoſitũ q̃ ſm naturã. Primo modo diffinitur in textu: cuius diffini tionis declaratio facile intelligitur ex his que dicta ſunt circa diffinitionẽ fortu- ne. Quicquid enim dictũ eſt de fortuna per cõparationẽ ad agens ſm propoſitũ cõformiter intelligendũ eſt de caſu per cõparationẽ ad agens ſm naturã. ¶ Ad maiorem declarationẽ dictorũ moueo hoc dubiũ: Unde eſt ꝙ quidã ſunt magis fortunati alijs: ⁊ ſimiliter quereretur de caſu? Reſpondeo ſm Ariſto. in li. de bo- na fortuna: ꝙ hoc prouenit ex concurſu cauſarum ſuperiorum: que magis mouẽt hunc q̃ illum. Et ſi vltra queras: quare concurſus cauſarũ ſecundarum ⁊ extrin- ſecarum magis mouet hũc q̃ illum? Reſpõdet Ariſto. ibidem: ꝙ hoc eſt propter aliquam qualitatem conuenientem a natura huic ⁊ non illi: per quã diſponiẗ oc- culte vt magis moueatur ad hoc q̃ ad illud: ⁊ iſtam qualitatem vocat impetum talis enim qualitas vel impetus inclinat hominem ad volendũ aliquid ad quod ſequitur commodũ: ⁊ huiuſmodi impetus non prouenit ex maiore nobilitate ani me: quia ibidẽ dicit Ariſto. vbi minimus intellectꝰ/ibi maxima fortuna. Nec po teſt eſſe aliq̃d cõſequens ſpeciẽ: qꝛ tunc vniformiter ineſſet omnibus eiuſdẽ ſpeciei nec põt eſſe voluntas: qꝛ põt eſſe ſimilis actus volendi in duobus/⁊ tamen vnus illorũ cõſeq̃tur effectũ ⁊ alter non. Relinquitur ergo ꝙ cõſequitur cõplexionẽ de- terminatã: ⁊ tenet ſe ex parte corporis. Theologi aũt dicũt ꝙ alter non eſt magꝭ fortunatus altero propter aliquod intrinſecũ/inexiſtens ſic vni ꝙ non alteri: ſed deus habens ꝓuidentiã generalẽ de oĩbus preuidet oĩa: et cõiungit cauſas me dias ad tales effectus fortuitos cauſandos: et regit oĩa ſicut apta nata ſunt re gi: ſm illud Auguſtini. vij. de ciui. ca. iij. ſic deus quas condidit res adminiſtrat vt eas agere proprios motus ſinat.

De mon- ſtris na- ture.

Notandũ ꝙ in his que fiunt propter hoc/ſiue fiant a propoſi- to ſiue a natura/contingit fieri errorẽ: vel faciendo plus vel fa ciendo minꝰ/vel indebite. Et talia vocanẗ pctã vel mõſtra in natura/ſi fiunt a natura: vel in arte ſi fiunt ab arte.

Ultimo oſtendit ꝙ in his que fiũt propter finẽ determinatũ/poteſt accidere error tribus modis: primo faciendo plus: ſecundo minus: tertio indebite. Et huiuſmodi errores ſi fiunt in natura/dicuntur peccata vel mõſtra nature: ⁊ ſi fiunt in arte/vocantur peccata vel monſtra artis. Additur aũt notantur/in his que fiunt propter finẽ determinatũ: quia in his que non ordinantur in aliquem determinatum finem/non eueniunt monſtra ſiue errores: ſicut neq̃ caſus vel fortuna. Nam monſtrum nihil aliud eſt q̃ error ſeu peccatũ agentis propter finem: vt quando grammaticus non recte ſcripſit vel medicus: ꝙ non ſolum artificialia/verũetiam naturalia fiũt propter finẽ determinatũ: quoniã in vtriſq̃ accidunt monſtra: ⁊ patet id exẽplo Ariſto. nã a natura producunt dẽtes anteriores acuti/ vt facile diuidant cibum: poſteriores vero lati / vt ipſum cibum bene conterant: vnde ſi anteriores forent lati ⁊ poſteriores acuti/eſſet error ſeu mõſtrũ nature. ¶ Circa quẽ textũ occurrũt tria dubia: Primũ dubiũ quid eſt mõſtrũ? Reſpondetur vt ſupra: ꝙ eſt peccatũ agentis propter finem. Quidã etiam ſic diffiniunt: Monſtrum eſt deformitas rebus vt in paucioribus aduenlẽs/repugnãs illis ex natura ſpeciei. ¶ Secundũ dubiũ: Ex quot cauſis fiunt monſtra in natura? Reſpondetur ſm Alber. circa ſecundũ phyſicorũ ꝙ ex quattuor. Prima cauſa eſt defectus materie: propter quẽ aliquando fit diminutio in magnitudine geniti: vt quãdo generat̃ hõ paruus/vel cũ vno pede breuiori. Aliqñ fit diminutio in numero membrorũ: puta defectus digiti in manu vel pede. Aliquãdo vero fit in vtroq̃: qualem nos vidimus puerũ Cracouie/cuius manus erãt breuiuſcule ſingule ſingulos digitos habentes. Secunda cauſa eſt ſuperfluitas materie: propter quã fiunt monſtra etiam tripliciter. Aliquando enim fit exceſſus in magnitudine aliquorum membrorũ vel omniũ: Aliquando in numero: vt in his q̃ naſcuntur cũ ſex digitis in vno manu: aliqñ in vtroq̃. Tertia cauſa eſt diſproportio qualitatũ: propter quã aliquando generãtur homines nimis macri vel pingues vel leproſi: ⁊ ſic de aliĳs. Quarta cauſa eſt malicia cõtinentis fetũ: ⁊ ſic dupliciter ſm ꝙ duplex eſt cõtinens. Quoddã eñ eſt cõtinens q̃ſi materiale/vt ſecundina: ꝓpter cuius rupturã aliquando fit pluriũ mẽbrorũ cõcreſcentia vel curuatio: vt gibboſitas: ⁊ ſimilia. Sub hac cauſa etiã cõtinetur varia diſpoſitio matricis: itẽ monſtroſe affectiones vel fortis imaginatio matris tẽpore conceptionis prolis. Aliud cõtinens eſt quaſi formale: vt eſt calor naturalis/aut virtus celi quod eſt p̃mũ cõtinẽs: ⁊ ꝓpter hanc virtutẽ varia generantur monſtra/etiã qñq̃ diuerſarũ ſpecierũ: q̃le etiã fuit in noſtra etate in vrbe Cracouienſi cũ mulier peperit draconẽ. De monſtris vide plura apud Albertũ ⁊ alios naturales. ¶ Tertium dubiũ Utrũ natura producens monſtrũ intendat illud: et nõ eſt hic ſermo de cauſa prima: q2 iã (vt dictũ eſt) nihil euenit in rebus p̃ter intentionẽ eius: et etiã quia reſpectu horũ inferiorũ non eſt agens naturale/ſed voluntariũ: quicquid eñ deus producit ad extra/libere ⁊ contingenter cauſat: ⁊ ideo dubium ſolũ intelligitur de agente naturali: cuius ſcz p̃ncipiũ agendi eſt natura/⁊ nõ voluntas. Pro cuius dubĳ ſolutione p̃mitto hanc diſtinctionẽ: Monſtrũ poteſt accipi dupliciter. Uno modo formaliter: ſcz pro ipſa deformitate ſeu mõſtroſitate/a qua aliq̃d denoĩatur monſtroſum. Alio mõ materialiter: ſcz pro re cui accidit ipſa monſtroſitas: vt hõ natus cũ ſex digitis. Hac diſtinctione p̃miſſa dico duo. Primũ dictũ: Natura ꝓducens monſtrũ per ſe intendit illud ſuppoſitũ cui accidit monſtroſitas: qđ etiã dicitur mõſtrũ materialiter. Patet: quia illud natura intendit/quod generat/nutrit/⁊ conſeruat: Sed natura generat/nutrit/⁊ conſeruat illud ſuppoſitũ cui accidit monſtroſitas: ergo ⁊c. Secundũ dictũ: Nulla natura ꝑ ſe intẽdit ipſam monſtroſitatẽ q̃ dicitur monſtrũ formaliter: ſed ei accidit p̃ter intẽtionẽ. Patet: q2 natura ſemꝑ intendit id qđ melius eſt ex ſibi poſſibilibꝰ: vt dicitur. ĳ. de generatiõe. nã dirigit̃ ab agente infallibili: ideo ſemꝑ ꝑ ſe intendit ꝑfectũ in ſpecie: ſz qđ illud

Monſtri ratio.

Cauſe ex q̃bꝰ fiunt monſtra.

Mõſtrũ capit̃ dupliciter.

non producit: accidit aut ex defectu virtutis eius/aut ex aliquo impedimēto/aut propter concurrentiam alterius agentis intendentis producere in eadē materia aliud. Tradit enī Ptolomeus. iij. ꝛ. iiij. quadripartiti: ꝙ ſunt alique cōſtellationes ſub quibus figura humana in materiā introduci nō poteſt. Unde tūc homo cōceptus figurā beſtialē acquirit: verūtamen natura intendens hominē remittet de illa figura beſtiali quantū poterit: ex illa igitur concurrentia agentiū oppoſita intendentiū/ ꝑducet monſtrū qđ neutrū illorū agentiū per ſe intenderat.

Diffinitio mot⁹.

Motus eſt actus entis in potentia ſm ꝙ hmōi. Itē motus eſt actus imꝑfectus. Etiā motus eſt prima perfectio eius quod eſt in potentia. Hoc ſic patet: hoc qđ eſt in potentia/duplicem habet potentiam: vnā reſpectu motus: aliā reſpectu forme que acquirit per motū. Eſt enī motus actus quo exiſtente adhuc remanet aliquid eius. Forma autem que acquiritur per motum/eſt perfectio qua exiſtēte nihil remanet ipſius.

Hec eſt tertia pars principalis: in qua autor incipit determinare de paſſionibus rerum naturalium. Et primo de motu: qui eſt adequata paſſio rerum naturalium. Secundo de quiete/motui oppoſita. Tertio de infinito: quod eſt paſſio intrinſeca motus/ſicut ꝛ aliorum continuorum. Et hec pars licet principaliter correſpondet tertio libro phyſicorum Ariſto. tamen in ea multa interpoſita ſunt ex quinto/ſexto/ꝛ ſeptimo: vt locis ſuis annotabitur. ¶ Tractans autem autor noſter de motu duo facit: primo ipſum diffinit tribus diffinitionibus: ſecūdo eius aſſignat varias proprietates. Prima diffinitio ſic exponitur: Motus ſcꝫ generaliter captus vt ſe extendit ad omnem mutationem naturalem/ eſt actus .i. perfectio: entis in potentia .i. mobilis: inquantū huiuſmodi .i. inquantū eſt in potentia: vt calefactio eſt actus calefactibilis ſm ꝙ calefactibile. Additur exponendo/generaliter captus: nā motus hic non diffinitur/vt diſtinguitur cōtra mutationem. Unde Sco. xij. diſ. ij. q. j. dicit ꝙ Ariſto. indiſtincte ꝛ in vniuerſali loquitur de motu vſqꝫ ad. v. phy. vbi diſtinxit motū a generatione ꝛ corruptione. In diffinitione aūt ponit primo actus ꝓ genere: ꝛ capitur large ꝓ omni ꝑfectione a q̄ aliq̇d denoīatur formalit tale. Secūdo cū dicit/entis in potētia .i. mobilis tāgit ꝓpriū ſubiectū motus: qđ licet ſit ſm ſe in actu: tñ eſt in potētia ꝛ ad motū ꝛ ad formā terminātē motū: vt etiā autor dicit ſtatim poſt diffinitiōes. Ultimo ad dit/inq̄tū hmōi .i. inq̄tū eſt in potētia: qđ ſpecificat rōnez mobilis ſm quā mot⁹ eſt ei⁹ act⁹: q2 cū mobile ſit ſm ſe in actu ꝛ in potētia ad aliđ: mot⁹ eſt act⁹ ei⁹ cō-

ſyderati ſm ꝙ eſt in potentia/⁊ nõ ſm ꝙ eſt actu: vñ ibi hoc ſignũ reduplicatiuũ ſm ꝙ/tenetur ſpecificatiue ⁊ non reduplicatiue: quia hoc ꝙ eſt/ ſm ꝙ eſt in potentia/ſolum importat rationem ſm quã motus eſt actus mobilis: ſed nõ notat cauſam inherentie predicati: quod requiritur ad ſignum reduplicatiuũ reduplicatiue poſitũ: de quo vide plura apud Sco. iij. q. q. ¶ Secũda diffinitio eſt iſta: Motus eſt actus imperfectus: quod ſic patet: nã motus dicit actũ in fieri: quẽ forma terminans motũ dicit in facto eſſe: vt patet de calefactiõe ⁊ caliditate: calefactio enim dicit actũ in fieri/quẽ dicit caliditas in facto eſſe. Unde in diffinitione ꝑmo ponit̃ actus tãꝙ genꝰ ad motũ ⁊ formã terminantẽ motũ: ſed cũ addit̃ imperfectus/excludit̃ forma ad quã terminat̃ motus/ꝗ eſt actꝰ perfectꝰ ſeu cõpletus. Et hãc declarationẽ etiã autor ibi ponit cũ dicit: Eſt eñi motꝰ talis actꝰ ꝗ exiſtẽte adhuc remanet aliq̃d eius: qꝛ ſcꝫ ante terminũ/motus nõ eſt cõpletus/ ſed fit. Forma vero ꝗ acquiritur ꝑ motũ/eſt perfectio qua exiſtente non remanet aliq̃d eius: ſcꝫ qꝛ dicit actũ in facto ſeu cõpleto eſſe. Etiã motus ideo dicit̃ actus impꝑfectꝰ: qꝛ qñ mobile actuat̃ per motũ. i. quãdo actu mouet̃/adhuc eſt in potentia vt magis actuet̃: nã tũc adhuc tendit ad maiorẽ actũ ſeu ꝑfectionẽ.

Quare motꝰ dꝛ actꝰ imꝑfectus.

¶ Et ſilr declarat̃ diffinitio tertia/in qua dicit̃: Motus eſt prima: hoc eſt/inchoata ꝑfectio eiꝰ qđ ẽ in potẽtia ſcꝫ ad vlteriorẽ perfectionẽ. Ex q̊ patet ꝙ motꝰ dicit̃ prima perfectio/ nõ abſolute: ſic ꝙ nulla alia ipſam p̃cedat in illo qđ mouet̃: nã oẽ mobile anteꝙ incipit moueri/ neceſſario ſm ſe ẽ in actu ſaltẽ exiſtendi: imo hoc mõ melius forma ſubſtãtialis diceret̃ ꝑma ꝑfectio: ſolũ ergo hoc ꝯuenit motui ꝑ reſpectũ ad formã terminantẽ motũ/ꝗ eſt cõpleta ꝑfectio. Intelligit̃ aũt in hac diffinitiõe/ ſimiliter ⁊ in ꝑma ens in potentia/ſcꝫ ſubiectiua ſeu receptiua ⁊ nõ obiectiua: ꝗ diſtinctio potẽtie dicta ẽ ſupra in ca. de materia: nã vt iã dictũ eſt: nihil põt moueri niſi actu exiſtat/⁊ ſit in potentia ad recipiendũ aliquẽ actũ. Deinde cũ dicit: Hoc ſic patet ⁊c̃. declarat diffinitiões motꝰ: vbi duo tãgit: ꝑmo duplicẽ potentiã mobilis: ſcđo quare motꝰ dicit̃ actꝰ impꝑfectus vel ꝑma ꝑfectio: ⁊ vtrũꝙ iã eſt declaratũ exponẽdo diffinitões.

Quare motꝰ dicitur prima ꝑfectio.

¶ Et ad clariorẽ intelligentiã dictorũ ⁊ dicẽdorũ: Sciendũ primo ꝙ Ariſto. iij. phyſi. ſolũ ponit duas diffinitiões motꝰ: vnã formalẽ/ꝗ hic poſita ẽ ꝑma in textu: alterã materialẽ/ꝗ eſt hec: Motus eſt actꝰ mobilis inquãtũ mobile ⁊ addit̃ ibi inquãtũ mobile: qꝛ motus nõ eſt actꝰ mobilis: vt eſt quoddã ĩ ſe ens puta aqua vel hõ: ſed inquãtũ eſt mobile: vt calefactio eſt actꝰ calefactibilis non inquãtũ eſt aqua vel aer vel aliud in actu: ſed vt eſt calefactibile: hoc eſt/in potẽtia ad caliditatẽ. Dicitur aũt hec ſecunda diffinitio materialis reſpectu prime: qꝛ põt concludi per illã de diffinito in demonſtratione ſic arguendo: Omnis actus entis in potentia ſm ꝙ huiuſmodi eſt actus mobilis inquãtũ mobile: ſed motꝰ eſt actus entis in potẽtia ſm ꝙ hmõi: ergo motꝰ eſt actꝰ mobilis inꝙtũ mobile.

¶ Sciẽdũ vltimo ꝙ motus ſm cõmẽ. iij. phyſi. capit̃ dupliciter. Uno mõ materialiter: ſcꝫ ꝓ forma fluente in motu: ⁊ ſic eſt idẽ eſſentialiter cũ termino ad quem: ⁊ ponit̃ in eodẽ p̃dicamento cũ ipſo: nec differt ab eo niſi ſicut perfectum ab imperfecto: ſicut dictũ eſt exponendo ſecundã ⁊ tertiam diffinitiones. Alio mõ formaliter: ſcꝫ pro reſpectu mobilis ad mouens: ⁊ ſic omnis motus eſt in predicamẽto paſſionis: ⁊ diſtinguitur eſſentialiter a termino ad quẽ. Addunt aliꝗ ꝙ poteſt tertio modo accipi motus pro fluxu continuo ⁊ ſucceſſiuo: ⁊ ſic ponitur in predicamento quãtitatis ſm philoſophũ. v. meta. Multi tñ probabiliter negãt illam quantitatem ſucceſſiuam eſſe de eſſentia motus: ſed ponunt ſolum tempus eſſe quãtitatẽ ſucceſſiuã eſſentialiter: motũ xͦo ſolũ denoĩatiue: ꝗ difficultas differat̃ vſꝙ ad capi. de tẽpore: vbi queret̃ vtrũ tempus ſit res diſtincta a motu.

Acceptiones motꝰ

Item ad vnum motum in numero et cõtinuũ tria exiguntur.

Ad vnitatẽ motꝰ req̃ſita.

ſcȝ vnitas mobilis: vnitas forme ad quā eſt motus: et ꝙ tem/
pus menſurans motum ſit vnum numero ⁊ cōtinuū.

Incipiens declarare varias proprietates motus / ponit octo notabi
lia. In quorū primo oſtendit quot et que requiruntur ad
vnitatē numeralē motus. Ad cuius declarationē ſupponitur pmo ꝙ vnitas alicu
ius pōt eſſe duplex: ſcȝ intrinſeca ⁊ extrinſeca. Intrinſeca eſt q̄ cōſequit̄ propriā en

Unitas intrinſeca.

titatē rei cuius eſt vnitas / ſicut propria paſſio ſuū ſubiectū. Nā vnitas eſt propria
paſſio entis: ex. iiij. meta. Et iſta vnitate motus eſt vnus ex ſua entitate / ſecluſo q̄/
cūqȝ extrinſeco: quālibet enim entitatē cōſequit̄ ſua propria vnitas. Sed vnitas

Unitas extrinſeca.

extrinſeca eſt quā accipit res ab aliquo extrinſeco: ſicut ſcientia dicit̄ vna vnitate
obiecti. Et accidens dicit̄ vnū numero ex vnitate numerali ſubiecti vt patet ex p/
mo topicorū. Similiter mot⁹ dicit̄ vnus ab vnitate termini ad quē: ⁊ ſolū de vni
tate extrinſeca eſt ad ppoſitū. ¶ Secundo ſupponit̄ ꝙ ſm Ariſto. v. phyſi. Mo
tus dicit̄ vnus tripliciter ſm triplicē vnitatē termini ad quē: quidā em̄ mot⁹ ſunt

Unitas mot⁹ triplex.

vn⁹ genere / quidā ſpecie ⁊ quidā numero. Unde illi mot⁹ ſunt vnus genere / qui
ſunt ad vnū genus p̄dicamentale: vt augmentatio ⁊ diminutio ſunt vnus motus
genere: q2 vterqȝ eſt ad vnū gen⁹: ſcȝ ad quātitatē. Silr oēs alteratiōes ſunt vnū
genere: ⁊ eodē modo oēs loci mutatiōes. Sȝ illi mot⁹ ſunt vn⁹ ſpecie q̄ ſunt ad eū
dē terminū ſm ſpeciē ſpecialiſſimā / vt due calefactiones. Addit etiā ibidē philo/
ſophus ꝙ licet motus rectus ⁊ circularis ſint ad eoſdē terminos ſm ſpeciē / nō tñ
ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: q2 linea circularis ꝑ quā fit motus circularis nō
eſt idē cū linea recta per quā fit motus rectus: ⁊ ideo ad vnitatē motus ſpecificaȝ
non ſufficit vnitas termini: ſed etiā requiritur vnitas medij per quod fit motus.

Tria requiſita ad vnitatem mot⁹ numeralē.

Motus vero vnus numero dicitur q̄ eſt ſimpliciter vnus: ⁊ ad eius vnitatem / vt
etiā dicitur in textu / tria requiruntur. Primo requirit̄ vnitas numeralis mobi/
lis per ſe. Et dicitur notanter mobilis ꝑ ſe: nā pōt idē eſſe motus in numero dato
ꝙ mobile ꝑ accidens varietur: vt dato ꝙ graue mouet̄ deorſum in medio illi⁹ mo
tus varietur ſm aliqua q̄bus poſitis vel amotis non minus mouet̄ tali motu: ex
emplū de cane proiecto de turri: ſi in medio illius mot⁹ moriatur: aut ſm aliqua
accidentia tranſmutetur: ratio aūt quare ad vnitatem numeralem motus requi/
ratur vnitas mobilis / eſt hec: quia motus eſt in mobili ſicut accidens in ſubiecto
Accidens aūt idē numero nō poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis. Accidentia em̄ nu
merantur ad numerationē ſubiectorū / vt dicitur. j. topi. Secundo requiritur vni
tas numeralis termini ad quē: quod intelligendū eſt de termino principali ⁊ to/
tali. Poteſt em̄ eſſe duplex terminus ad quē. Un⁹ partialis ⁊ minus p̄ncipalis
ſicut eſt quelibet pars forme: q̄ ſucceſſiue ⁊ ſm partes acquiritur ꝑ motū: ⁊ tales
poſſunt eſſe plures in motu vno. Alius eſt totalis ⁊ p̄ncipalis: q̄ p̄ncipaliter intē
ditur a mouēte: ⁊ nō habet̄ niſi finito motu totaliter. Tertio req̄ritur vnitas tem
poris menſurantis talem motū. i. ꝙ non ſit interruptio motus per quietē mediā.

Diuiſio motus in ptes integrales.

Et quia continuū eſt cuius partes copulantur ad terminum
cōmunē: ergo motus habet partes ⁊ medium. Et ex hoc patet
ꝙ quicquid mouetur / mouebatur ⁊ mouebitur. Eſt enim mo/

tus partim in termino a quo/et ꝑtim in termino ad quē. Et ſic
patet ꝙ motus nō eſt niſi corporum que habēt partes ⁊ medi
um: etiā patet ꝙ in inſtanti non fit motus.

Secundū notabile acceptū ex. vi. phyſicorum de diuiſione motus in
partes integrales. In quo notabili ex continuitate motus
infert quattuor corrolaria. Et anteq̄ ad illorū declarationē accedā/pono duas ſu
poſitiones. Prima ſuppoſitio: motus habet duplicē diuiſionē ſm duplices eius
partes. Habet enim motus quaſdā partes ſubiectiuas/q̄ ſunt ſex eius ſpecies: ſcʒ
generatio/corruptio/alteratio/augmentatio/diminutio/⁊ ſm locū mutatio: de q̄/
bus dicetur in fine huius capituli. Alias habet partes integrales: ⁊ illas pōt ha
bere duplices. Quaſdā permanentes ſimul/q̄ correſpōdent ꝑtibus mobilis. Ali
as habet ſucceſſiuas ⁊ in fieri: q̄ correſpondent partibꝰ ſpacij in quo fit motus: et
hoc in motu locali: Uel ꝑtibus forme q̄ partibiliter ⁊ ſucceſſiue acquiritur in mo
bili: ſicut fit in alteratione: ſimiliter in augmentatione ⁊ diminutione. De vtriſq̄
partibus integralibus hoc videt̄ autor loqui/licet nō diſtincte. Secunda ſuppoſi
tio que ponit̄ in textu/eſt diffinitio cōtinui: q̄ eſt hec: Cōtinuū eſt cuius partes co/
pulātur ad aliquē terminuʒ cōmunē. Et capit̄ hic terminus pro fine rei extra quē
nihil eſt illius rei accipere: q̄ terminus dicitur cōmunis: nō cōitate ꝑdicationis/ Cōtinui diffinitio
ſed participationis ſeu terminationis: q: ſcʒ ipſe vnus exiſtens terminat vtranq̄
partē cōtinui: ⁊ talis terminus debet eſſe indiuiſibilis illa diuiſione que eſt ꝓpria
ꝑtibus illius cōtinui: vt punctꝰ copulans partes linee/eſt īdiuiſibilis diuiſiōe illa
q̄ diuidunt̄ partes linee ſicut ⁊ quacunq̄ alia. Similiter linea copulans partes
ſuperficiei/nō pōt diuidi diuiſione ſm latitudinē q̄ eſt ꝓpria ſuperficiei. Nec ſupfi
cies pōt diuidi ſm profunditatē ſicut diuidunt̄ partes corporis quas ſuperficies
copulat: ſimiliter nūc copulans ꝑtes temporis nō poteſt diuidi diuiſione q̄ diui/
ditur tēpus: ⁊ ſic de alijs. Ex quo patet ꝙ in omni cōtinuo ſunt aliq̄ diuiſibilia q̄
ſunt partes illius cōtinui: ⁊ aliqua indiuiſibilia q̄ nō ſunt ꝑtes illius/ſʒ termini ꝑ
tiū in q̄bus etiā partes copulantur: ⁊ ſemꝑ inter indiuiſibilia cadit diuiſibile ſeu
pars ꝯtinui: ⁊ ecōtra inter ꝑtes ꝯtinui cadit īdiuiſibile. Nā neq̄ indiuiſibilia ne
q̄ diuiſibilia poſſunt ſibi eſſe īmediata in continuo. Unde ſicut in linea inter que
libet duo puncta cadit linea: ſic inter duas partes illius ſemꝑ cadit punctus co/
pulans illas partes: ⁊ eodē modo intelligendū eſt de alijs continuis. ¶ Ex hac
ratione cōtinui autor infert hoc ꝑmū corrolariū: ꝙ motus cū ſit quoddā cōtinuū
habet partes/⁊ mediū copulans illas partes. Ubi ſciendū ꝙ ſicut motus hʒ du
plicē cōtinuitatē: vnā ex continuitate mobilis: ⁊ aliā ex ꝯtinuitate magnitudinis Duplex
in qua fit motus: Ita etiā habet duplices partes integrales: ſicut dictū eſt in pri continui-
ma ſuppoſitione. Et de vtriſq̄ verū eſt corrolariū: nā ſicut in magnitudine mobi tas motꝰ
lis ſunt partes ⁊ mediū copulans illas: ſic ⁊ in motu qui extenditur per totā ma/
gnitudinē mobilis. Similiter ſicut magnitudo in qua fit motus (puta ſpacium)
habet partes copulatas ad aliquē terminum cōem ſeu ad aliquod mediū: ſic etiā
motus habet partes copulatas ad aliquod mediū ſeu terminū cōmunem: et harū
partium vna prior eſt que correſpondet parti magnitudinis prius pertranſite: et
reliqua poſterior. Medium autem copulans has partes motus vocatur muta/
tum eſſe. Uerum tamē differenter motus habet has et illas partes: quia has par
tes que correſpondent partibus magnitudinis in qua fit motus/nō habet ſimul

exiſtentes/ſed ſucceſſiue ⁊ in fieri:ſicut ⁊ tēpus:nā ſicut partes temporis nō ſunt ſimul/ſed vna fit poſt aliā:ita ⁊ partes motus. Sed illas partes ꝗbus extenditur ad extēſionē mobilis/habet ꝑmanentes. Nā ſimul ſunt in ipſo mobili: ⁊ ideo nō ſunt ita eſſentiales motui ſicut prime:nā de ratiōe entis ſucceſſiui eſt ꝙ habeat partes in fieri:⁊ ſucceſſiue vnā poſt aliā:ſed ei accidit ꝙ habeat partes ſimꝉ exiſtētes Et ideo etiā omnis motus habet partes ſucceſſiuas:ſed illas permanētes ſolus ille habet/cui⁹ mobile eſt diuiſibile. Utrū aūt aliquod indiuiſibile poſſit moueri patebit circa quartū corrolariū. ❡ Sequitꝛ corrolariū ſecūdū: Quicq̄d mouetur mouebatꝛ ⁊ mouebitꝛ. In q̄ ſunt due partes: Prima equalet huic ꝓpoſitioni:ante omne moueri eſt moueri:intelligēdo q̄ ad deſitionē/⁊ nō q̄ ad inceptionē:hoc eſt: ꝙ ante deſitionē cuiuſlibet motus p̄us deſinit alius motus:ſed nō ante inceptionē cuiuſlibet motus incipit alius mot⁹. Prima pars patet:qꝛ quocūqȝ motu dato ille eſt diuiſibilis/vt patet ex p̄cedenti corrolario:⁊ ideo ante deſitionē ei⁹ p̄us deſinit eius medietas/q̄ etiā eſt mot⁹. Secūda pars patet:qꝛ capto aliq̄ toto motu ante inceptionē eius nullus alius incepit motus. Secunda pars corrolarij eſt hec: Quicq̄d mouetur mouebitur:⁊ equiualet huic propoſitiōi:poſt oēm motuȝ eſt motus:⁊ hoc verū eſt quo ad inceptionē/⁊ nō quo ad deſitionē: id eſt:ꝙ poſt inceptionē cuiuſlibet motus incipit alius motus:ſed nō poſt deſitionē cuiuſlibet motus deſinit alius motus. Prima pars patet:qꝛ dato quocunqȝ motu ipſe ē diuiſibilis:⁊ ideo poſt inceptionē eius incepit ipſius medietas. Secunda pars patet:quia capto vno totali motu/poſt deſitionē eius non deſinit alius motus. Poteſt etiā hoc corrolariū aliter probari:ſupponendo ꝙ motus ⁊ tempus ſunt entia ſucceſſiua/⁊ ꝙ cōformiter diuiduntur ſicut diuiditur magnitudo in qua fit mot⁹ Et erit ſenſus corrolarij:quicquid mouetur in aliq̄ magnitudine vel ſpacio/prius mouebatur in priori medietate illius ſpacij ⁊ mouebitur in poſteriori: ꝓbatur:qꝛ quocunqȝ motu dato/ille eſt diuiſibilis in infinitum ſm diuiſionē ſpacij:⁊ cū ſit ſucceſſiuum ens:nō poſſunt omnes partes eius eſſe ſimul/ſed vna preceſſit ⁊ alia ſuccedit. ❡ Tertiū corrolarium: Motus non eſt niſi corporum que habent partes ⁊ medium. Ad cuius probationē prepoſuit illam propoſitionem:quod mouetur/partim eſt in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem: que propoſitio poteſt dupliciter intelligi. Uno modo de partibus terminorū:⁊ ſic eſt ſimpliciter vera:ad hunc ſenſum:omne ꝙ mouetꝛ/habet aliquid de termino a quo ⁊ aliquid de termino ad quē:intelligendo de terminis proximis:qꝛ mobile dū mouetur/eſt in medio quod eſt aliquid vtriuſqȝ extremi. Alio modo pōt intelligi de partib⁹ mobilis:ita ꝙ omē qđ mouetꝛ/ſm vnā ſui partē eſt in termino a quo : ⁊ ſm alterā in termino ad quē:intelligendo ſemper de terminis proximis ⁊ non vltimatis:quia ſi aliq̄d mouetꝛ ex celo in terrā:nō oportet ꝙ dū mouetꝛ/vna eius pars ſit in celo et alia in terra:et in hoc ſenſu eā autor hinc traduxit ⁊ Ariſto. in. vi. phyſi. ad probandum ꝙ ſubiectū motus ſeu mobile debet habere partē ⁊ partē:⁊ per ꝯſequēs diuiſibile ſeu corpus:intēdit enim talē rationē: Mobile quādo eſt ſm ſe totum in termino a quo/non mouetur:qꝛ tunc adhuc nō incepit motus:nec quando totuȝ eſt in termino ad quē:quia tūc eſt iā cōpletus motus:ergo ſolū tunc mouetur qñ partim eſt in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē:⁊ ꝑ cōſequēs debet ēē diuiſibile:nā ibi Ariſto. vult ꝓbare ꝙ nullū indiuiſibile pōt ꝑ ſe moueri. Sco. aūt in. ij. diſt. q. ix. varijs demonſtrationib⁹ probat ꝙ indiuiſibile ſi eſſet ꝑ ſe/poſſet ꝑ ſe moueri etiā cōtinue. Ad ſaluandā aūt intentionē Ariſto. dicit ꝙ in motu locali eſt ſucceſſio ex duplici cauſa: vicȝ ex diuiſibilitate mobilis ⁊ ex diuiſibilitate ſpacij:quorū vtrūqȝ ſi eſſet ꝑ ſe/eſſet ſufficiens ratio ſucceſſionis. Nam qđlibet mobile prius pertranſit vnā partem ſpacij ꝙ̄ aliam: ⁊ ita eſſet ſucceſſio ex parte ſpacij: comparando idem mobile ad diuerſas partes ipſius ſpacij quodcūqȝ etiam ſpacio prius pertranſit primam per partem mobilis ꝙ̄ ſecundam: et ita eſſet ſucceſ-

Quod indiuiſibile pōt per ſe moueri.

ſio ex ꝑte mobilis: cōparādo quodcūqȝ idem in ſpacio ad diuerſas ꝑtes mobilis. Exemplum: ſignetur punctus ꝓmus in linea que ſuper aliā lineā mouetur: iſte pūctus linee mote eſt continue in alio ⁊ alio pūcto linee ſuppoſite: ⁊ cconuerſo primꝰ pūctus linee ſuppoſite ſupponitur aliJ ⁊ aliJ puncto linee mote: ⁊ ita in motu linee ſupra lineam fit ſucceſſio / tam ex parte ſpacij qȝ ex parte mobilis: ſed ſi alter hoꝝ duoꝝ punctoꝝ eſſet per ſe / ꝓueniret ſucceſſio ex vna cauſa tm̄. Ex quo patet ꝙ qn̄ angelus vł anima a corpore ſeparata mouetur / motus eius erit ſucceſſiuus ſolum ratione ſpacij per quod mouetur. ¶ Et ſi obijcias: ſi indiuiſibile puta pūctus moueretur per ſe / ipſe ſemper eſt in ſpacio ſibi equali: ergo cōmenſurabit totā lineam per quā mouetur: ⁊ ita illa linea erit cōpoſita ex pūctis. Dico ꝙ ſemper. i. in quolibet indiuiſibili eſt in ſpacio ſibi equali: non aūt ſemper. i. in quacūqȝ parte temporis. Negat igitur philoſophus ⁊ bene: ꝙ īdiuiſibile quātū eſt ex ſe / poſſet moueri ita ꝙ ex parte eius poſſit accipi cōtinuitas motus: quia non habet in ſe ꝙ cōtinue moueatur. Non tm̄ ei repugnat cōtinue moueri / accipiendo ab alio cōtinuitatē motus: ⁊ iſtud concludunt rationes ſue in. vj. phyſi. ⁊ non plus: ſicut patet diſcurrēdo per omnes / quas ibi recenſet ⁊ ſoluit pulchre Sco. Unde ⁊ illā ꝓpoſitionem / quicqd mouetur partim eſt in termino a quo ⁊ ꝑtim in termino ad quem: dicit eſſe verā: ſi ſit tale mobile ex cuius ratiōe ſit ſucceſſio motus. Tale em̄ mobile eſt ſemper ſm partē / ⁊ partē ſui in termino alio ⁊ alio: ſed tamen non ita ſolū: ſed ſm idē ſui eſt partim in termino vno ⁊ partim in alio: inquantū eſt in medio qđ eſt aliqd vtriuſqȝ / per quod tendit ab vno in alterū. Et cōformiter poſſet declarari in alijs motibꝰ: nā ⁊ in illis qn̄qȝ fit ſucceſſio ſolū ratione forme q̄ ſucceſſiue acquiritur in mobili: qn̄qȝ etiā ratione mobilis. Un̄ ⁊ ip̄e Ariſto. dicit in lib. de ſen. ⁊ ſen. ꝙ cōtingit ſimul totū corpꝰ alterari ⁊ non priꝰ dimidiū: ſicut cōtingit totā aquā ſimul cōgelari: ⁊ tūc patet ꝙ tota cauſa ſucceſſionis in tali alteratione eſſet diuiſibilitas forme ſm gradus intenſionis / per quos ſucceſſiue acquirit̄. Contingit etiā ꝓpter magnitudinē corꝑis qđ alterat̄ / vt virtꝰ alterantis nō poſſit ip̄m totū ſimul attingere: ⁊ tunc prius alterat̄ pars illiꝰ q̄ eſt ꝓpinquior alteranti / qȝ pars remotior: vt pars extremalis aque prius cōgelat̄ qȝ ea q̄ eſt in ꝓfundo: ⁊ tūc ſucceſſio illiꝰ alterationis etiā ſumeretur ex ꝑte alterabilis. ¶ Ex quibꝰ omībꝰ ſequit̄ Corrolariū vltimū: ꝙ motꝰ nō fit in inſtāti: quod verū eſt ſm Sco. vbi ſupra. ⁊. iiij. diſt. xliij. q. v. de illo motu q̄ fit a mouente virtutis finite / qualis eſt cuiuſlibet creati: virtus vero infinita / q̄lis eſt dei / poteſt moueri in inſtanti. Cuiꝰ cauſa eſt: nā oēs alie cauſe ſucceſſionis motus / q̄s tāgit Cōmē. iiij. phyſi. cōmē. lxxj. reducunt̄ finaliter ad impꝑfectionē virtutis agētis ꝓpter quam poteſt mobile ei reſiſtere. Nō ꝙ mouēs non poſſit vincere reſiſtentiā mobilis / ſic em̄ nō moueret ip̄m: nec ita ꝙ mobile reclinetur ad oppoſitū: qa ſic eſt ꝓciſe ſolū in motu violēto: ſed vt reſpicit terminos ⁊ mediū ꝑ qđ trāſferendū eſt de termino in terminū: Quia ſcȝ mobile ſemꝑ eſt in aliquo cui nō poteſt īmediate ſuccedere terminꝰ intētus a mouēte. Et ꝑ illud medium poteſt intelligi omne illud qđ neceſſario ꝓcedit inductionē termini inducendi: ſed tale medium non eſt neceſſario mediū niſi virtuti limitate: ſi em̄ eſſet virtꝰ infinita / poſſet ſtatim ponere mobile in termino ad quem.

Quō id qđ mouetur / ſemꝑ eſt in ſpacio ſibi eq̄li.

Quō q̄cqd quod mouetur / partim ē ī termino a q̄ ⁊ partim in termino ad quem.

Item differentia eſt inter cōtinua / cōtigua ⁊ conſequēter ſe habentia. Cōtinua ſunt / quoꝝ partes copulantur ad terminū cōmunē: vt partes linee ad pūctum. Cōtigua ſunt quorū termini

Differentia int̄ cōtinua / cōtigua ⁊ cōſequēter ſe habētia

ſunt ſimul/vt penna ꝛ pergamenum. Conſequenter ſe habentia ſunt que nõ habẽt aliquod mediũ inter ſe ſui generis: aliud aũt nihil prohibet eſſe medium.

In hoc tertio notabili accepto ex.v.ꝛ.vj.phy.ponit (ad meliorẽ ĩtelligẽtiã cõtinuitatis mot⁹) differẽtia ĩter cõtinua/ cõtigua ꝛ cõſequẽter ſe habẽtia: accepta ex diffinitiõib⁹ eoꝝ. ¶ Pro q̃ꝝ declaratiõe notãdũ: ꝙ cõtinuũ ab Ariſto. q̃druplicit diffinit. Primo in p̄dicamẽtis/ſic: Cõtinuũ eſt cui⁹ ptes copulant ꝛc. vt ponit in textu. Hec diffinitio circa notabile text⁹ p̄cedẽtis iã eſt ſufficiẽter declarata. Secũdo ſic diffinit in.iij.phyſi. Cõtinuũ eſt qd̓ diuidit in ptes ſemp diuiſibiles ſeu in infinitũ. Nã ſicut cõtinuũ nõ poteſt cõponi ex indiuiſibilib⁹: ſic nec põt diuidi in indiuiſibilia: ꝛ etiã q̃a q̃libet pars cõtinui eſt eiuſdẽ ratiõis cũ toto: vt q̃libet pars linee eſt linea: q̃libet pars ſuperficiei eſt ſupficies ꝛc. ergo q̃libet eſt diuiſibilis ſicut ꝛ totũ. Tertio in.v.metaphy. ſic diffinit: Cõtinuũ ẽ cui⁹ ſm ſe eſt vn⁹ motus. vñ ſupra dictũ eſt: ꝙ ad vnitatẽ numeralẽ mot⁹ requirit cõtinuitas tẽporis ꝛ ſpacij in quo fit mot⁹. Quarto ſic diffinit in.v.ꝛ vj.phyſi. Cõtinua ſunt q̃ꝝ vltima.i.termini ſunt vnũ. Et hec diffinitio multũ cõuenit cũ p̄ma: nã idẽ eſt ptes cõtinui copulari ad terminũ cõmunẽ: ꝛ vltima illaꝝ ptiũ eẽ vnũ. Et p hoc differũt cõtinua a ꝯtiguis: quoꝝ vltima nõ oportet eſſe vnũ: ſed ſufficit ꝙ ſint ſimul: ita ꝙ ſe tangãt. Aũ illa dicunt eſſe ſimul ſm Ariſto.v.phy.q̃ ſunt in vno loco p̄mo.i. ꝓprio/ſcꝫ p cõtactũ ſuoꝝ vltimoꝝ: vt patet de ſpherꝭ celeſtib⁹. Supficies eñ cõcaua/q̃ eſt terminus ſupioris ſphere: ꝛ ſupficies cõuexa/q̃ eſt termin⁹ ſeu vltimũ inferioris: licet nõ ſũt vnũ: ſũt tñ ſimul/ita ꝙ ſe ꝯtingũt. Cõſequẽter aũt ſe habẽtia ſic differũt a cõtinuis ꝛ contiguis: nã ipſa nõ optet habere vltima vnũ vel ſimul: ſed ſufficit ꝙ vnũ ſequat alterũ ſic ĩmediate/ꝙ inter ĩpa non ſit aliqd̓ eiuſdẽ generis: vt patet de numeris ſibi ꝓximis: quoꝝ maior cõſequẽter ſe habet ad minorẽ/vt.ij. ad.j.vel.iij.ad.ij. q̃a inter ꝓximos numeros non mediat alius numerus. Dicit aũt eiuſdẽ generis: q̃a inter cõſequenter ſe habẽtia põt cadere mediũ alteri⁹ generis: vt inter domos vicinas põt eſſe arbor vel aliqd̓ ſimile qd̓ nõ eſt dom⁹: ꝛ tñ ſecũda dom⁹ cõſequẽter ſe habet ad p̄mã: ſimiliter tertia ad ſcd̓am ꝛc. ¶ Ex q̃b⁹ inferũtur tria corrolaria. Primũ corrolariũ: Oĩa cõtinua ſũt cõtigua: ꝛ oĩa ꝯtigua ſunt cõſequẽter ſe habẽtia: ſed nõ ecõtra: ꝛ ideo differũt ſicut ſupius ꝛ inferi⁹. Primũ patet: q̃a quorũcũqꝫ vltima ſũt vnũ/illoꝝ etiã vltima ſũt ſimul: ſed nõ ecõtra. Vñ licet oſſa ſint cõtigua carni in aĩali: tñ nõ ſunt cõtinua: q̃a differẽtia ſpecie cõtinuari nõ poſſũt: vt dicit philoſoph⁹.v.phyſi. Scd̓m patet: q̃a q̃rũcũqꝫ vltima ſũt ſimul/ĩter illa nihil mediat eiuſdẽ generis: ſed nõ ecõtra: vñ licet numerus maior cõſequẽter ſe habet ad proximũ minorẽ: nõ tñ tangit illũ. Scd̓m corrolariũ: Indiuiſibilia cõtinuãtia ptes cõtinui neqꝫ ſunt cõtinua/neqꝫ cõtigua/neqꝫ cõſequẽter ſe habẽtia. Primũ ꝛ ſcd̓m patet: q̃a indiuiſibilia nõ habẽt vltima. Tertiũ patet: q̃a inter q̃cũqꝫ indiuiſibilia cadit diuiſibile in q̃ ſũt infinita indiuiſibilia: vt inter duo puncta ſemp cadit linea/in q̃ ſunt infinita pũcta: ſimiliter inter duo nũc/cadit tẽp⁹ in q̃ ſũt infinita nũc: ꝛ eodẽ mõ inter duo mutata eſſe/cadit mot⁹ in q̃ ſũt infinita mutata eẽ: ꝛ p cõſequẽs inter q̃cũqꝫ ĩdiuiſibilia cadit mediũ eiuſdẽ gñis: ergo ꝛc. Tertiũ corrolarium: Qꝫ ſi indiuiſibile addat indiuiſibili in cõtinuis/nõ fit ex eis niſi indiuiſibile: ꝛ ideo ex pũctis fit ſolũ punct⁹ ꝛ nullo modo linea. Et ideo bene diffinitur cõtinuum/qd̓ eſt diuiſibile in ptes ſemp diuiſibiles: nã indiuiſibile non poteſt eſſe pars cõtinui.

Continui q̃ttuor diffinitiões.

Cõtigua vel ſeſe tãgentia.

Cõſequẽter ſe habentia.

Quare indiuiſibilia in cõtinuo nec poſſũt eẽ cõtinua/nec contigua/nec cõſequenter ſe habentia.

Aliquid mouetur dupliciť

Item aliquid mouetur per ſe/vt ſubiectū motus: aliud vero ꝑ accidēs: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo ſicut forma in ſubiecto: vt albedo mouetur motu ſubiecti: motis eñ nobis mouentur omnia que in nobis ſunt. Alio modo ſicut partes in ſuo toto: vt clauus mouetur ad motū nauis.

Ponitur q̄rtū notabile acceptū ex.iiij.phy.trac.de loco: vtile ad declaratione͂ illi⁹ corrolarij ſupra in textu notabilis ſecūdi poſiti: ſcʒ ꝙ mot⁹ nō eſt niſi corporū. ¶ Notabile aūt eſt hoc: Aliquid mouetur dupliciter/ꝑ ſe ſcʒ ⁊ per accidēs. Illud mouetur per ſe quod mouetur: ⁊ nō ad motū alterius: ⁊ tale debet eſſe aliq̄d ꝑ ſe exiſtēs/diuiſum ab omni alio qđ nō eſt pars ei⁹: vt homo vel lapis: ⁊ de hoc mobili intelligebať illud corrolariū ꝙ mot⁹ nō eſt ſcʒ ꝑ ſe niſi corporū/ſm expoſitione͂ ibi dictā. Alio modo aliq̄d moueť ꝑ accidēs: quod ſcʒ mouetur ad motū alterius: ⁊ hoc fit dupliciter. Primo ſicut forma ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidētalis/mouetur ad motū ſui ſubiecti. Dicitur eñ.vj.Topico. Motis nobis mouentur omnia q̄ in nobis ſunt. Secūdo aliq̄d mouetur per accidens/ſicut pars integralis ad motū toti⁹: vt clauus ſeu gubernaculū mouetur ad motū nauis. Et differūt hi duo modi mouēdi ꝑ accidēs ſm Ariſtote.ibidē: quia forma q̄ moueť ad motū ſui ſubiecti/ſic mouetur ꝑ accidēs ꝙ nō poteſt moueri ꝑ ſe: quia non poteſt ſeparari ab illo ſubiecto. Et hoc intelligendū eſt naturaliter: nā ꝑ potentiā diuinā accidētia poſſunt ſepari a ſuis ſubiectis: vt patet in ſacramento altaris: ⁊ ibi etiā cōuenit eis mot⁹ ꝑ ſe. Similiter anima rationalis cū eſt in corpe mouetur per accidens ad motū corpis: ſepata vero mouetur per ſe. Sed pars integralis que mouetur per accidens ad motū totius/ poteſt naturaliter per ſe moueri: quia poteſt ſeparari a toto/⁊ eſſe per ſe. Ex quib⁹ omnibus infertur hoc corrolarium: Quicquid poteſt per ſe eſſe/poteſt etiā per ſe moueri: licet Ariſtote. nō conceſſiſſet/niſi de corpore: vt patuit circa textū notabilis ſecūdi.

Moueri per ſe.

Moueri ꝑ accidēs

Itē tātū ad tria p̄dicamenta eſt per ſe mot⁹: ſcʒ quātitatē qualitatem ⁊ vbi: q̄a tantū ad triū p̄dicamētoꝝ ſignificata acq̄renda ſub rationibus proprijs eorūdem mobilia mouentur.

Mot⁹ reperiť ĩ trĭbus p̄dicamētis.

Quintū notabile de diſtinctione motuum ſm gen⁹/acceptū ex.v.phyſi. Pro quo ſupponitur p̄mo: ꝙ ad oēm mutatione͂ naturale͂ duo requirūtur. Primo duo termini/ĩter q̄s eſt trāſmutatio: q̄a oīs mutatio ē de q̄dā ĩ q̄dā. Et h̄ etiā ptʒ ex noīe mutatiōis. Et ſcđo: ꝙ aliqđ ſubiectū idē maneat ſub vtroqʒ terminorū: q̄a ex nihilo nihil fit naturaliť. Et iō creatio ⁊ annihilatio non ſunt mutatiōes naturales; cū ĩ ip̄is nō maneat aliqđ idē ſubiectū ſub vtroqʒ ter-

mino tranſmutationis. ¶ Secũdo supponit̃: ꝙ licet q̃ttuoꝛ modis poſſum⁹ imaginari mutationẽ eſſe ex vno in aliud: vt dicit Ariſto. v. phyſi. p̃mo ex ſubiecto in ſubiectũ: ſecũdo ex ſubiecto in nõ ſubiectũ: tertio ex non ſubiecto in ſubiectũ: quarto ex non ſubiecto in non ſubiectũ: tamen ſolũ trib⁹ p̃mis modis cõtingit mutationem fieri / ⁊ nõ quarto modo: quia om̃is mutatio eſt ex oppoſito in oppoſitũ: ſed non ſubiectũ ⁊ nõ ſubiectũ ſunt duo negatiua q̃ nõ opponunt̃ aliq̃ modo. Intelligit aũt ibi Ariſto. ꝑ ſubiectũ om̃e poſitiuũ: per nõ ſubiectũ vero negatiuũ vel p̃uatiuũ. Ex illis aũt trib⁹ modis mutationũ illa mutatio q̃ eſt ex nõ ſubiecto in ſubiectũ / ſeu ex nõ ente ĩ ens / dicit̃ generatio: illa aũt q̃ fit ex ſubiecto in nõ ſubiectum dicit̃ coꝛruptio: ſola vero illa mutatio que eſt a ſubiecto in ſubiectũ: hoc eſt ex termino poſitiuo in terminũ poſitiuũ ⁊ contrariũ / vocatur motus. ¶ Ex quo ſequit̃ p̃mo: ꝙ ſolũ tres ſunt ſpecies mutatiõis naturalis: ſcꝫ generatio / coꝛruptio ⁊ motus.

In motu duplex mutatio.

Sequit̃ ſecũdo: ꝙ in motu ſic accepto due ſunt mutationes. Pꝛima eſt deperditiua: per quã abĳcit̃ terminus a quo: inquantũ eſt incompoſſibilis termino ad quem. Alia eſt acquiſitiua: per quã acquirit̃ terminus ad quem: vt patet de calefactione: per quã abĳcitur frigiditas / ⁊ acquirit̃ caliditas. Sequit̃ tertio: ꝙ ſi generatio alicui⁹ foꝛme eſſet ſucceſſiua (ſicut multi tenent de foꝛmis naturalib⁹ imperfectis / q̃les ſunt foꝛme elementoꝝ) licet talis generatio eſſet mutatio ſucceſſiua: tñ nõ eſſet motus ꝓpꝛie dict⁹: q̇a nõ eſſet a ſubiecto in ſubiectũ. Aũ nõ ideo Ariſto. negauit generationẽ ⁊ coꝛruptionẽ eſſe motus: q̇a non eſſent mutationes ſucceſſiue: ſed q̇a nõ ſunt de ſubiecto in ſubiectũ: nec ibi eſt mutatio acq̇ſitiua ⁊ deperditiua: ſed in generatione ſolũ eſt acquiſitiua / ⁊ in coꝛruptione deperditiua. Sequitur quarto ꝙ Ariſto. in poſtp̃dicamẽtis dicẽs generationẽ ⁊ coꝛruptionẽ eſſe ſpecies mot⁹ / accipit motũ generaliter ꝓ mutatione naturali: q̃ hic diuiſa eſt in generationem / coꝛruptionẽ ⁊ motũ ꝓpꝛie dictũ. ¶ Tertio ſupponitur: ꝙ ad illud eſt ꝑ ſe motus quod per ſe acquiritur per ipſum motũ.

Tres cõditiones requiruntur ad h̓ ꝙ aliq̇d ꝑ ſe acquiritur ꝑ motum.

Ad hoc aũt qđ aliquid per ſe acq̇ritur per motũ / tres requirunt̃ cõditiones. Pꝛima ꝙ intrinſece terminet motum: ſic ꝙ talis mot⁹ materialiter accept⁹ ſit idem eſſentialiter cũ illo termino. Et ideo motus localis nõ terminat̃ intrinſece ad locũ: q̇a motus localis nõ poteſt eſſe idẽ eſſentialiter cũ loco: q̇a hec diſtincta ſunt ſubiectis. Locus eñ eſt ſubiectiue in locante / ⁊ mot⁹ in locato: ſolũ ergo terminat̃ extrinſece mot⁹ localis ad locũ: ad vbi aũt intrinſece. Secũda cõditio: ꝙ nõ tm̃ ſequat̃ ꝑ accidẽs ad foꝛmã inductã: ſicut relatio ꝑ accidens ꝓducit̃ ad productionẽ fundamẽti vel termini. Tertia: ꝙ eius inductio nõ neceſſario p̃ſupponat ĩductionẽ alterius foꝛme: ⁊ ideo dato ꝙ aliqua relatio ĩmediate inducatur ꝑ aliquã mutationẽ: vt ſimilitudo per aſſimilationẽ: tñ quia nulla relatio poteſt terminare aliquẽ motũ / niſi pꝛius aliquid aliud terminet illũ vel aliũ motũ: ⁊ ita inductio relationis neceſſario ſequitur inductionẽ alterius foꝛme: ideo ad nullã relationẽ eſt ꝑ ſe motus: vt etiã dicit Ariſtote. v. ⁊ vĳ. phyſicoꝝ. Et hoc verũ eſt de relatione intrinſecus aduenientẽ: ⁊ nõ de illa q̃ dicit reſpectũ extrinſecus aduenientẽ: nã vbi dicit foꝛmaliter reſpectũ talẽ: ⁊ tñ ad vbi eſt per ſe motus.

Ad quã relationẽ nõ eſt per ſe motus.

Rationẽ aũt differẽtie relationis intrinſecus aduenientis ab alĳs reſpectibus in nõ terminãdo per ſe motũ / ponit hãc Sco. in. ix. q. q. ; q̇a ex quo reſpectus intrinſecus adueniẽs neceſſario cõſequitur extrema poſita in actu: nũq̃ ipſa poteſt acquiri per ſe / ſed tantũmodo per accidẽs: alio ſcilicet abſoluto acq̇ſito in altero extremoꝝ: reſpectus aũt extrinſecus adueniens quia non neceſſario cõſequit̃ extrema / poteſt habere ꝓpꝛiã nouitatẽ abſq̃ nouitate vnius vel alterius extremi: ⁊ ideo poteſt habere ꝓpꝛiam acquiſitionẽ. Ultimas duas cõditiones tãgit Sco. xiĳ. q. q. ¶ Ex his itaq̃ cõcludit̃: ꝙ cũ ad ſubſtantiã nõ ſit niſi generatio q̃ nõ eſt motus: ⁊ relatio non poteſt per ſe terminare motũ: nec aliquod vltimoꝝ ſex p̃dicamentoꝝ pꝛeter vbi: Sequitur ex ſufficiẽti inductione: ꝙ mot⁹ pꝛopꝛie dict⁹ ſolum eſt ad tria p̃dicamenta: ſicut dicit̃ in textu: ſcꝫ ad quãtitatem / vt eſt augmentatio ⁊

diminutio: ad qualitatẽ/ vt alteratio: ⁊ ad vbi/ vt loci mutatio. Et ex hoc vltra patet: ꝙ ſolū ſunt tres mot⁹ in genere ſm tria p̄dicamẽta ad q̄ eſt mot⁹. Om̄es em̄ illi motus ſunt vnus genere (vt prius dictū eſt) q̇ ſunt ad terminum vnius generis ſeu predicamenti.

Notandū: iſti motus ſunt contrarij/ qui ſunt ad terminos contrarios acquirendos: vt motus qui eſt ad caliditatẽ/ contrariatur motui qui eſt ad frigiditatẽ. *De cõtrarietate motuū.*

Sextū notabile de cõtrarietate motuū. Pro q̄ ſciendū p̄mo: ꝙ licet cõtrarietas motuū ſm Ariſto. v. phy. ſumẽda ẽ ex cõtrarietate amboꝝ terminoꝝ ſimul: ita ꝙ illi mot⁹ ſūt cõtrarij q̇ ſūt ex cõtrarijs ĩ cõtraria/ vt patet de calefactiõe ⁊ frigefactiõe: nõ talis cõtrarietas principaliter accipit̃ ex cõtrarietate terminoꝝ ad quos ſunt: vt etiã hoc dicitur in textu. Cui⁹ cauſa eſt: q̇a mot⁹ capiūt ſpeciẽ ⁊ denominationẽ ex terminis ad quos ſunt/ ergo ⁊ cõtrarietatẽ: tenet conſequentia: q̇a a quo capit aliq̇d ſpeciẽ/ ab eodẽ accipit ⁊ cõtrarietatẽ: Cū cõtrarietas ſit differentiū ſm ſpeciẽ: vt dicit̃. x. metaphy. ¶ Sciẽdū ſecūdo: ꝙ cū dicim⁹ de cõtrarietate terminorū mot⁹: non oꝑtet acciꝑe cõtrarietatẽ ꝓprie dictã: videlicet pro repugnantia q̄ eſt inter duas formas poſitiuas/ actiuas ⁊ paſſiuas adinuicẽ: ſed generaliter vt ſe etiã extẽdit ad repugnãtiã: que eſt perfecti ad imperfectū: aut minoris ad maius: ⁊ ecõtra. Nã cõtrarietas ꝓprie dicta nõ inuenit̃ in quãtitate nec in vbi: ⁊ tñ in vtroq; eſt motus ꝓprie dictus. Similiter media cõtrarioꝝ nec inter ſe nec cū extremis habẽt ꝓprie cõtrarietatẽ: ⁊ tñ ſm Ariſto. in. v. phyſi. mot⁹ qui ſunt inter media ⁊ extrema/ ſunt inter cõtraria. Unde ibidẽ dicit: ꝙ mediū comparatū vni extremoꝝ/ habet rationẽ alterius: vt fuſcū comparatū albo habet rationẽ nigri: ⁊ cõparatū nigro habet rationẽ albi. ¶ Ultimo ſciendū: ꝙ mutatiões q̄ ſūt in ſuba vt gñatio ⁊ corruptio/ ſic ſe habẽt ad cõtrarietatẽ: ꝙ mutatio q̄ ẽ ex aliq̄ termino/ ꝯtrariat̃ illi q̄ ẽ ad eūdẽ terminū: vt corruptio hoĩs ꝯtrariat̃ gñatiõi hoĩs.

Motuū alius naturalis: ⁊ eſt cui⁹ principiū intra eſt natura. Et talis eſt in principio remiſſus: ⁊ in fine intenſus. Alius animalis: ⁊ eſt cuius principiū intra ẽ anima: ⁊ talis in principio ⁊ in fine eſt remiſſus/ ⁊ in medio intenſus. Alius violentus: ⁊ eſt cuius principium eſt extra vim non conferente paſſo: ⁊ talis eſt in principio intenſus ⁊ in fine remiſſus. Motus violen- *Diuiſio motus.*

tus diuiditur in pulſionem/ tractionem/ vectionem ⁊ vertigi-
nē. Pulſionis due ſunt ſpecies: ſcʒ impulſio: ⁊ eſt qn̄ mouens
ei qđ mouet᷑/ nō deficit. Alia eſt expulſio: ⁊ eſt qn̄ mouēs ei qđ
mouet᷑/ deficit. Tractio eſt qn̄ ad ipſum vel ad alterū velocior
eſt mot⁹ trahētis nō ſeparat⁹ ab eo qđ trahit᷑: ⁊ ad hūc reducū-
tur quattuor: ſcʒ īſpiratio/ expiratio ſpeculatio ⁊ radiatio. Ver-
tigo eſt mot⁹ cōpoſit⁹ ex pulſione ⁊ tractiōe. Vectio eſt qn̄ ali-
quid non mouet᷑ ſcđm ſe/ ſed ſcđm accidēs. Et hoc contingit
tribus modis: ſcilicet pulſione/ tractione ⁊ vertigine.

Septimū notabile cōtinēs duas diuiſiones motus: quaꝝ ꝑma eſt in naturalē/ aīalem ⁊ violentū: ſcđa eſt diuiſio mot⁹ violēti in pulſionē/ tractionē/ vectionē ⁊ vertiginē ſeu volutionē: ⁊ accepte ſunt he diuiſiōes ex vij. phyſi ꝑ̄ ꝯ. Ꝓ quarū declaratiōnē nota ꝑmo: ꝙ ſicut dictū eſt ex ſnīa Scoti
Mot⁹ naturalis. in. ij. diſt. xvij. circa differentiā naturaliū ab artificialib⁹: Oīs ille ē mot⁹ naturalis q̄ fit ſm̄ naturalē inclinationē mobilis: ſiue fiat a mouēte ītrinſeco / vt patet de grauib⁹: ſiue a mouēte extrinſeco / vt patet de celo. Naturalis eīn mutatio eſt quādo paſſum mutat᷑ ſicut aptū natū ē mutari / a quocūq̄ agēte fiat: ſicut patet ex. ij. ⁊ viij. phyſi. Sed nūq̄ paſſum eſt ſic aptū natū ꝓpter ꝑncipiū actiuū ītrinſecū ei: ſed ſolū ꝓpter ꝑncipiū paſſiuū. Vñ ſicut illi qđ ſanat᷑ / accidit intra ſe habere ꝑncipiū actiuū ſue ſanatiōis/ ſcʒ artē medicine: ita mobili qđ naturaliter mouetur/ accidit intra ſe habere ꝑncipiū actiuū ſui mot⁹ ſeu mouēs. Ex quo patet: ꝙ cū dicit᷑ in tex. ꝙ mot⁹ naturalis ē cui⁹ ꝑncipiū ītrinſecū mobili ē natura: nō debet exponi de ꝑncipio actiuo mot⁹/ ſed de paſſiuo īclinatiuo: vt etiā dictū ē circa diffinitionē
Motus animalis. nature. ¶ Nota ſecūdo: ꝙ mot⁹ aīalis ſcʒ ꝓgreſſiu⁹ cui⁹ eſt ꝑncipiū ſcʒ mouens intrinſecū aīali eſt aīa. Vñ. iij. de anima dicitur: ꝙ ꝑncipium motus ꝓgreſſiui in aīalib⁹ eſt appetit⁹ aīalis: ⁊ ideo poteſt fieri ad diuerſas ptes: ⁊ anīal poteſt ceſſare a tali motu qn̄ vult. Et ꝑ hoc differt a motu naturali: cui⁹ ꝑncipiū ē appetit⁹ naturalis: ſeu inclinatio cōſequēs naturā ſine aliq̄ cognitiōe. Et q̄a natura eſt determinata ad vnū: ideo mot⁹ naturalis eſt ad vnā ptē tm̄: nec eſt in ptāte illi⁹ qđ mouetur naturaliter vt ſiſtat ſe a motu: vt nō eſt in ptāte grauis cadētis vt ceſſet ab il-
Mot⁹ violentus. lo motu deorſū qn̄ vult. ¶ Nota tertio: ꝙ mot⁹ violēt⁹ ſm̄ Ariſto. iij. Ethicorū/ eſt cui⁹ ꝑncipiū ſcʒ mouēs/ extra ſcʒ mobile: ipſo paſſo nō cōferēte vim: hoc eſt: mobili nō habēte īclinationē ad talē motū / ſed magis ad oppoſitū: vt patet de motu

Due ſequerētur cōditiōes ad motū violentū.

grauis ſurſum. ¶ Ex q̄ diffinitiōe eliciuntur due cōditiōes reqſite ad motū violētū. Prima ꝙ fiat a mouēte extrinſeco: ⁊ ideo mot⁹ ꝓgreſſiu⁹ aīalis nō eſt violēt⁹: ſcđa ꝙ fiat cōtra naturalē inclinationē mobilis: ⁊ a motu neutrali q̄ fit ſm inclinationē mobilis. Et p hoc differt a motu naturali/ q̄ fit ſm inclinationē mobilis: ⁊ a motu neutrali/ quo mobile mouetur/ neq ſm inclinationē/ neq ꝯtra inclinationē ꝓpriā. ¶ Sed ad maiorē p̄dictoꝝ declarationē nota quarto ſm Sco. in. xliij. diſ. iij. q. iiij. ꝙ naturale equiuoce accipitur: qđ apparet ex his ꝙ diuerſis opponitur.

Naturale capit̄ multipliciter.

Opponitur eñ naturale vno modo ſupnaturali,: alio mō libero vel voluntario: tertio mō violēto. Naturalitas eñ aliqñ ptinet ad p̄ncipiū actiuum: ⁊ tunc opponuntur ei liberum vno mō: ⁊ alio modo ſupnaturale: nā agēs naturale vel naturaliter dicitur qđ opponitur libero: q̄a agit neceſſitate naturali. Sed voluntariū ⁊ liberum/ qđ ſeipſum determinat ad agēdum. Et illo mō loquitur philoſophus ij. phyſi. diuidēs naturā cōtra agēs a ꝓpoſito: ⁊. ix. metaphy. de potentijs actiuis irrōnalib⁹ ⁊ actiuis rōnalib⁹ ſiue liberis. Alio modo ex pte p̄ncipij actiui naturale dicitur qđ habet naturalē ordinē actiui ad paſſum: ⁊ ſupnaturale/ quia excedit oēm talē ordinē naturalem: ⁊ illo mō quodlibet agens cauſatum dicitur naturale: ⁊ ſolū agens increatū dicitur ſupnaturale. Ex pte paſſi opponitur natura vno mō violento: put naturaliter dicit̄ moueri vel pati qđ patitur ſm propriā inclinationem paſſi: violenter vō qđ patitur cōtra inclinationem paſſi. Et ex hoc ſequitur: ꝙ naturale ⁊ violentū nō ſūt oppoſita īmediata/ īmo eſt inter ea mediū: qñ ſcꝫ paſſum neutro mō ſe habet: q̄a neq īclinatur ad illud qđ recipit neq ad oppoſitū ſicut ſupficies ad albedinē/ vel nigredinem/ vł ad mediū. Sequitur etiā ꝙ nō pōt eſſe violentia in p̄mo paſſo/ ſcꝫ in materia p̄ma: q̄a nō īclinatur ꝯtra aliq̄d cui⁹ eſt abſolute receptiuū. Et vltra ſequitur ꝙ hec diſtīctio naturalis ꝯtra violētū ⁊ neutrale accipitur in paſſo: vt cōparatur ad formā ad quā trāſit: vt aūt paſſū cōparat̄ ad agēs a q̄ recipit formā/ dicitur naturalit̄ moueri: qñ mouetur ab agēte naturaliter ſibi correſpōdente: ſupnaturaliter aūt qñ ab agente ſupra totū ordinē agētis naturalit̄ ꝓportionato iſti. Ultimo ſequit̄: ꝙ licet aliq̄ forma ſupnaturalit̄ det̄ alicui: tñ poſtq̄ ineſt naturali ē habēti eā habere vł poſſe habere illđ ad qđ ē illa forma: ſicut cec⁹ licet ſupnaturalit̄ illuminet̄/ tñ illuminatus naturalit̄ videt: vt dicit Sco. xij. diſ. iiij. q. ſ. ¶ Alteri⁹ nota q̄nto: ꝙ auctor cuiuſlibet triū motuū ī textu poſitoꝝ attribuit ſuam ꝓprietatē ex ſnīa Ariſto. in. ij. de ce. ⁊ mū. q̄ ꝓprietates intelligēde ſūt ſolū de motu locali.

Proprietates mot⁹ naturalis

Propriū itaq ē motui naturali/ ꝙ ſit ī fine intēſior q̄ in p̄ncipio: ⁊ intelligit̄ hec ꝓprietas ſolū de motu locali recto: ⁊ p mediuꝫ vniforme ſeu eiuſdē dēſitatis ⁊ raritatꝪ facto ⁊c̄. vt patet de motu grauiū deorſū/ vel leuiū ſurſū. Hec aūt intēſio mot⁹ naturalis ꝓuenit nō ideo ꝙ ex tali motu continue adderet̄ mobili aliq̄ vt⁹ motiua: ſed q̄a addit̄ q̄dā naturalis conat⁹ ipi⁹ virtutis. Ex quo ſequit̄ falſitas opiniōis dicētium motū naturalem eſſe velociorem in finē ꝓpter virtutem attractiuā loci/ aut propter pluralitatem mouētiū. Iā eñ talis motus non eſſet pure naturalis/ ſed partim violentus: quia tractio eſt ſpēs motus violenti: vt hic ponitur in textu. Unde locus naturalis nullo modo mouet mobile in genere cauſe efficientis: ita ꝙ attrahat mobile/ ſicut magnes attrahit ferrū: vel imprimat ei aliquam virtutem motiuam: ſed ſolum in genere cauſe finalis: eo modo quo perfectio mouet ſuum perfectibile. Nam quod mouetur naturaliter ad aliquē locū/ naturaliter appetit illum locum. Et ex hoc ſolet aſſignari etiam cauſa/ quare talis motus ſit velocior in fine: quia ſcilicet quāto aliquid magis accedit ad ſuā pfectionē naturalem: tanto magis appetit illā: Locus autē ad quē mobile mouet̄ naturaliter/ eſt perfectio naturalis ipi⁹ mobilis: ergo ⁊c̄.

Proprietas mot⁹ violenti.

Proprietas motus violenti eſt oppoſita predicte proprietati motus naturalis. Motus eñ violentus in principio eſt intenſior q̄ in fine: ⁊ hoc fit propter reſiſtentiā mobilis: quod naturaliter inclinatur ad oppoſitum/ ⁊ propter fatigationem ⁊ cō

Pꝛopꝛietas motꝰ animalis — *Species motus violenti.*

tinuã diminutionẽ virtutis mouentis/ vt patet. Motꝰ aũt animalis in medio eſt inteſioꝛ/ ꝙ̃ in pꝛincipio vel in fine. Cuius cauſa eſt: q̃a in p̃ncipio motꝰ mẽbꝛa que ſunt inſtrumẽta talis motus/ nondũ ſunt bene diſpoſita ad motũ: in fine aũt virtꝰ animaliũ motiua fatigat̃ ⁊ quodãmodo deficit: ſed in medio ⁊ virtus motiua eſt ſufficiẽs: ⁊ mẽbꝛa ſunt diſpoſita per pꝛioꝛẽ ptẽ motꝰ. ¶ Poſtea auctoꝛ ſubdiuidit motũ violentũ in quattuoꝛ ſpecies: quaꝝ p̃ma eſt pulſio: q̃ iterũ diuidit̃ in impulſionẽ: in qua mouẽs nõ ſeparat̃ a mobili: Et pulſionẽ: in qua mouẽs ſeparat̃ a mobili: vt patet de motu ꝓiectionis. Secũda ſpecies eſt tractio: que fit qñ motus trahentis quo trahitur mobile ad ſe vel ad alterũ/ velocioꝛ eſt ꝙ̃ motus naturalis illius mobilis tracti: in quo motu trahẽs nõ ſeparat̃ a tracto. Ad tractionẽ aũt reducitur inſpiratio: ⁊ ad pulſionẽ expiratio: ⁊ generaliter oẽs motꝰ quibꝰ coꝛpoꝛa congregant̃/ claudunt̃ ſubtractione: ad pulſionẽ aũt reducunt̃ omnes motus violenti/ quibꝰ coꝛpoꝛa ſegregantur. Tertia ſpecies eſt vertigo ſeu volutio: q̃ ꝯponit̃ ex pulſione ⁊ tractione: mouẽs em̃ partim pellit/ partim trahit mobile qđ voluit. Quarta ſpecies eſt vectio: ⁊ fit quãdo aliq̃d non mouetur per ſe: ſed ad motum alterius: quod aũt impellitur/ aut trahitur/ aut voluitur.

Sex ſpecies motꝰ.

Item motus diuiditur in ſex ſpecies: ſcꝫ generationem/ coꝛruptionem/ augmentationem/ diminutionem/ alterationem ⁊ loci mutationẽ. Cuius ſex ſunt differentię: ſcꝫ ante/ retro/ ſurſum deoꝛſum/ dextroꝛſum ⁊ ſiniſtroꝛſum.

Octauum ⁊ vltimũ notabile: in q̃ enumerant̃ bꝛeuiter ſex ſpẽs motꝰ: de quibꝰ Ariſto. etiã loquit̃ in poſtp̃dicamẽtis: a q̃ꝝ declaratione longa hic abſtinebo. Nã partim intelligunt̃ ex his q̃ diximus circa textũ notabilis q̃nti: partim ex his q̃ dicemus in vltimo tractatu/ coꝛreſpõdente lib. de generatione.

Motus pꝛopꝛie. ¶ Solum itaq̃ hic tria dicã: velut recapitulando ea que pꝛius dicta ſunt. Primũ dictũ motꝰ capit̃ dupliciter: Uno mõ ꝓpꝛie ꝓ mutatione q̃ eſt inter duos terminos poſitiuos. Et in tali motu ſemꝑ ſunt due mutationes: vna deperditiua per quã abijcitur terminus a quo: alia acq̃ſitiua termini ad quẽ: ⁊ ſic generatio ⁊ coꝛruptio non ſunt motꝰ: quia in generatiõe ſolũ eſt mutatio acquiſitiua ⁊ non deperditiua: cũ in ea terminus a quo ſit negatiuꝰ: In coꝛruptione vero ecõtra ſolũ eſt mutatio deperditiua ⁊ non acq̃ſitiua: cũ in ipſa terminꝰ ad quẽ ſit negatiuus. Et ſic ſupꝛa capiebat̃ motus cũ dictũ eſt ex. v. phyſi. ꝙ ſolũ ad tria p̃dicamenta eſt per ſe motus.

Motꝰ cõmuniter. Alio modo capit̃ cõmuniter ꝓ omni mutatione naturali q̃ requirit aliquod ſubiectum quod maneat ſub vtroq̃ terminoꝝ: ⁊ ſic capitur hic: ſic em̃ continet ſub ſe generationẽ/ coꝛruptionẽ ⁊ motũ ꝓpꝛie dictũ: qui iterũ cõtinet augmẽtationẽ/ diminutionẽ/ alterationẽ ⁊ loci mutationẽ: vt pꝛiꝰ patuit. ¶ Secũdum dictũ: ſufficiẽtia p̃dictaꝝ ſex ſpecieꝝ motus ſic habetur: Om̃is motꝰ eſt inter duos terminos: vel ergo ambo termini ſunt poſitiui: vel alter eoꝝ negatiuꝰ. Si ſecundum/ hoc eſt dupliciter: vel terminus a quo eſt negatiuus: ⁊ ſic eſt generatio/ q̃ eſt proceſſus a non eſſe ad eſſe: vel terminus ad quem eſt negatiuus: ⁊ ſic eſt coꝛruptio/ que eſt pꝛoceſſus ab eſſe. Si ambo termini ſunt poſitiui: hoc eſt tripliciter: vel eſt ad qualitatẽ: ⁊ ſic eſt alteratio/ que eſt mutatio de vna qualitate in aliam qualitatẽ cõtrariã vel mediã: vel ẽ ad vbi/ ſic eſt loci mutatio: vel ad quãtitatẽ: ⁊ ſic du

plicitꝫ:aut ad maiorē: ⁊ ſic eſt augmētatio/ꝙ eſt ꝑexiſtētis quātitatis in ſubiecto maioratio:vel ad minorē: ⁊ ſic eſt diminutio/ꝙ eſt ꝑexiſtentis quātitatis in ſubiecto minoratio. Ex qua ſufficiētia facile poſſunt elici ⁊ ītelligi diffinitiōes ſingulaꝝ ſpecieꝝ motus:de quibꝰ clarius dicetᷣ in tractatu de generatione. ¶ Tertium dictum:Si motus capitᷣ materialiter pro forma fluente in motu/eſt trāſcendens:q̇a ſic inuenitᷣ in q̄ttuor ꝑ̄dicamentis ad ꝙ eſt ꝑ ſe motus: ⁊ ꝑ cōſequēs nec motꝰ in cōmuni erit verū genus:ſed ſolū habebit modum generis:nec generatio/corruptio/augmentatio/diminutio/alteratio ⁊ loci mutatio erūt vere ſpecies:ſed ſolū habebūt modū ſpeciei. Si vero motus capitur formaliter pro reſpectu mobilis ad mouens:ſic eſt verū genus ſubalternū de ꝑ̄dicamento paſſionis: ⁊ generatio cū alijs ſpecialibus motibꝰ ſunt eius vere ſpecies. ¶ Ultimo autor enumerat ſex differētias loci ad quas poteſt eſſe motus localis : ⁊ ideo in totidē ſpecies poteſt diuidi motus localis: vt patet. Ubi ſciendū ſm Ariſto. j. Celi: ꝙ oīs motus qui eſt a medio.i.a centro mundi/dicitur ſurſum:ſimiliter om̄is motus qui eſt ad mediū mundi/dicitur deorſum. Ex quo patet: ꝙ ex quacūqꝫ ꝑte terre homo eēt/ ſemꝑ haberet deorſum verſus centrū terre: ⁊ a centro verſus cōcauū orbis lune ſurſum. Centrū em̄ mundi eſt deorſum ſimpliciter: ⁊ concauū orbis lune ſurſum ſimpliciter.

Motꝰ ad q̇d ꝑtinet ꝑ̄dicamētum.

Quies eſt priuatio motꝰ in ſubiecto: de cuius aptitudine eſt vt moueatur:nō tamen eſt in actu motus. Et ſic patet: ꝙ ſicut motus eſt in tēpore/ ſic ⁊ quies.

Quietis diffinitio

Poſtq̄ꝫ autor tractauit de ꝑ̄ma paſſione rerū naturaliū / que eſt motus: incipit tractare de ſecūda oppoſita ꝑ̄uatiue motui . Nam natura nō ſolū eſt ꝑ̄ncipiū motꝰ in rebꝰ naturalibꝰ/ſed etiā quietis: vt patet ex diffinitione nature. ¶ Et tria facit. Primo ponit ipſius q̇etis diffinitionē: ſecūdo proprietatem:tertio diuiſionē. Ad declarationē primi ⁊ ſecundi/ſciendū ſm Ariſtote. iiij. ⁊ v. phyſi. ꝙ non omne mobile quieſcit:ſed ſolū illud quod natū eſt moueri ⁊ non mouetur tunc cū aptū natū eſt moueri. Cuius ratio eſt: quia oppoſita ꝑ̄uatiue habent fieri circa ideꝫ ſuſceptibile: ⁊ tēpore determinato a natura: vt dicitur in predicamentis. Neqꝫ em̄ lapis eſt cecus: eo ꝙ non eſt aptus habere viſum:nec catulus ante nonū diem:q̇a tūc non eſt aptus habere viſum . Cū ergo motus ⁊ quies ſint oppoſita priuatiue:ideo ſequitur ꝙ nō omnis negatio motus eſt quies: ſicut non oīs negatio viſus eſt cecitas:ſed quies eſt priuatio motus in ſubiecto quod aptū natū eſt moueri/⁊ quando aptum natum eſt moueri : ⁊ ex hoc etiā patet diffinitio quietis. ¶ Ex qua diffinitione ſequitᷣ primū corrolarium: ꝙ deꝰ licet ſit īmobilis nō tamen quieſcit:quia nō eſt natus moueri. Secundū corrolariū:eſt aliquid q̄d non mouetur ⁊ aptum natū eſt moueri : ⁊ tamen non quieſcit:quia mobile quod continue mouetur in aliquo tempore:in quolibet inſtanti illius temporis licet nō moueatur/ tn̄ in nullo illoꝝ inſtantium quieſcit: q̇a mobile in inſtanti non eſt natum moueri:ergo neqꝫ quieſcere. Tenet cōſequētia:q̇a mobile tūc dicitᷣ q̇eſcere/qn̄ aptū natū eſt moueri: ⁊ nō mouetᷣ. Un̄ ſequitᷣ corrolariū tertiū:Sicut oīs motꝰ ſit in tēpore:ſic ⁊ quies: ⁊ hec eſt ꝓprietas quietis poſita in textu. Eſſe aūt in tempore ſm Ariſto. iiij. phyſi. nihil aliud eſt q̄ꝫ mēſurari tēpore : vn̄ ibidē dicitᷣ/ ꝙ tēpus eſt menſura per ſe motus/ ⁊ per accidēs quietis.

Q꞉ non oīs īmobilitas ē quies.

Eſſe in tēpore.

Notandum quies diuiditur. Alia em̄ eſt quies naturalis: ⁊

Diuiſio quietis.

C

eſt quando corpus eſt in ſuo proprio loco determinato ſibi a
natura: ſicut omne graue deorſum / et omne leue ſurſum. Alia
eſt quies animalis: et eſt quando animal ceſſat a motu: ſiue cō-
iugatur appetibili / ſiue non. Alia eſt q̇es violenta: et eſt qñ cor-
pus eſt in loco ſibi accidētali: vt ſi terra eēt in loco alto / et ignis
in centro.

Ponitur diuiſio quietis conformis diuiſiōi motꝰ ſuplꝰ dicte. Pro q̄ di-
uiſiōe cōſyderandū: ꝙ vnūqđq; naturalit̄ q̇eſcit in illo ad qđ
mouet̄ naturalit̄: et a q̄ nō mouet̄ / niſi violēter. Et ꝑ oppoſitū violēter q̇eſcit in illo
a q̄ naturalit̄ recedit: et ad qđ nō mouet̄ / niſi violēter. ¶ Ex q̄ ſequit̄ primo: ꝙ vnū-
qđq; naturalit̄ q̇eſcit ī loco ſuo naturali: vt graue deorſū et leue ſurſū. Violēter vo
q̇eſcit / qñ eſt extra ſuū locū naturalē: vt graue ſurſū et leue deorſū. Sequit̄ ſcđo: ꝙ
ſicut motꝰ naturalis cōtrariat̄ violēto / et ecōtra: ita q̇es naturalis ꝯtrariat̄ q̇eti vi-
olēte / et ecōtra. Vñ dicit Ariſto. Quietes in cōtrarijs ſūt cōtrarie: ſicut et ſupra di-
ctū eſt de motibꝰ / ꝙ motꝰ in cōtraria ſūt cōtrarij. Tertio ſequit̄: ꝙ q̇es naturalis
nō opponit̄ motui naturali: nec q̇es violēta opponit̄ motui violēto: ſed q̇es natu-
ralis opponit̄ ꝓuatiue motui violēto in eodē: et q̇es violēta opponit̄ motui natu-
rali etiā ī eodē. Patet: q̇a motꝰ nō opponit̄ illi q̇eti quā facit / ſed illi quā deſtruit:
ſed motꝰ naturalis facit q̇etē naturalē / et deſtruit violentā: et motꝰ violētus deſtru-
it q̇etē naturalē / et facit violentā: ergo etc. Vñ Ariſto. v. phy. dicit: ꝙ motꝰ opponi-
tur q̇eti: nō q̄ eſt in termino ad quē / ſed q̄ eſt in termino a q̄: vt calefactio q̄ ē muta-
tio a frigiditate in caliditatē / deſtruit q̇etē q̄ eſt in frigiditate: et facit q̇etē in cali-
ditate: et iō opponit̄ q̇eti ī frigiditate / et nō illi q̄ eſt in caliditate. Quarto ſequit̄ ꝙ
licet q̇es opponit̄ q̇eti et etiā motui: tñ aliter et alit̄. Nā q̇es opponit̄ q̇eti cōtrarie: ſi-
cut et motꝰ motui: ſꝫ q̇es opponit̄ motui: et ecōtra ſolū ꝓuatiue. Ex q̇bꝰ patet q̇d ſit
q̇es naturalis et q̄ violēta. Sed q̇es aīalis ē carētia motꝰ ꝓgreſſiui in aīali ꝑfecto
qđ aptū natū ē moueri ꝓgreſſiue: et qñ aptū natū eſt moueri ꝓgreſſiue. ¶ Ex q̄ ſe-
quitur ꝑmo: ꝙ cōche / oſtree et alia aīalia imꝑfecta q̇bꝰ nō cōuenit moueri ꝓgreſſi-
ue / nō habēt q̇etē aīalis. Scđo ſeq̇t̄: ꝙ carētia motꝰ ꝓgreſſiui etiā in aīalibꝰ ꝑfectis
añ tp̄s determinatū a natura ad motū ꝓgreſſiuū nō ē q̇es aīalis: et iō licet infans
vniꝰ mēſis nō moueat̄ ꝓgreſſiue / tñ nō dicit̄ q̇eſcere q̇ete illi motui oppoſita. Vlti-
mo ſciēdū: ꝙ ſicut motꝰ ꝓprie dictꝰ ſolū eſt ad tria p̄dicamēta: vt dictū eſt: et nō di-
citur de gñatiōe et corruptione / niſi capiat̄ motꝰ generaliter pro omī mutatione na-
turali: ita et q̇es proprie dicta ſolū eſt in rebus triū p̄dicamentoꝝ: et nō dicit̄ de im-
mobilitate oppoſita generationi et corruptiōi: niſi capiēdo quietē generaliter pro
omni mutatione oppoſita priuatiue cuicūq; mutationi naturali.

Diffinitio et accepti-ones infi-niti.

Infinitū eſt cuius quātitatē accipiētibꝰ ſemꝑ eſt aliq̇d

extra accipere. Nota ꝙ infinitum capitur multipliciter. Primo modo/quod non eſt aptum natū pertranſiri: ſicut pūctus. Scđo dicit̄ infinitū: quod cum ſit quantum/non poteſt pertranſiri: eo ꝙ non habet finem: ⁊ nullū tale eſt actu. Tertio dicitur infinitū: qđ vix poteſt ꝑtrāſiri/niſi cū magna difficultate. Quarto: qđ aptum natum eſt pertrāſiri: nō tñ poſſum⁹ ipſum ꝑtrāſire ꝓpter impedimentum extrinſecum: vt ꝓfunditas maris. Quinto ſcđm appoſitionem: ſicut dicimus ꝙ numer⁹ poteſt augeri in infinitū/⁊ ſcđm diuiſionē: ⁊ ſic cōtinuū eſt diuiſibile in infinitū: ⁊ vtroq; modo tēpus eſt diuiſibile in infinitū.

Poſtq̄z autoꝛ determinauit de ꝑma ⁊ adequata paſſione rerum naturalium/ſcz de motu ⁊ de quiete oppoſita ꝑuatiue motui: hic determinat de quadam paſſione intrinſeca motui/ſcilicet de infinito. Cōſyderatio aūt de infinito ideo ꝑtinet ad philoſophū naturalem ẜm Ariſto. iij. phyſi. q̄a philoſophus naturalis conſyderat de magnitudinib⁹ ⁊ de motib⁹ illaꝝ/ſimul ⁊ de tēpoꝛe mēſurāte hmōi mot⁹: ſed oīa iſta cū ſint q̄dam continua/ſūt quodāmō infinita: ergo ⁊ ſciētia naturalis debet cōſyderare de infinito tāq; de paſſiōe ītrinſeca motui ⁊ alijs cōtinuis. ¶ Tractās aūt autoꝛ noſter de infinito duo facit: ꝑmo ipm diffinit: ſcđo diuidit. Diffinitio ſic intelligit̄ ẜm Sco. v. q. ij. Infinitū ē/ſcz quātū: cui⁹ quātitatē accipiētib⁹. i. q̄ntūcūq; accipiētib⁹: ſemꝑ eſt aliq̄d extra accipe. i. ſemꝑ reſtat aliq̄d accipiēdū. Et ratio eſt: q̄a infinitū ī quātitate (ſicut de eo loquit̄ pħs) nō pōt habere eē/niſi ī accipiēdo ſemꝑ alterū poſt alterū: ⁊ iō q̄ntūcūq; illi⁹ quātitatis accipiat̄/illud nō eſt niſi finitū: ⁊ q̄dam pars ipius infiniti: iō extra illud qđ acceptū eſt/reſtat ſemꝑ aliq̄d accipiēdū. ¶ Et ex hac diffinitiōe ꝯcludit pħs: ꝙ īfinitū in quantitate quod hic diffinitur/ſolum habet eſſe in potētia. Et ſi dicas: Oīs potentia reducibilis eſt ad actum: ſi ergo infinitū habet eſſe in potentia/ergo ⁊ in actu. Reſpōdet philoſophus ibidem: ꝙ omnis potentia reducitur ad actū quem reſpicit: ⁊ quia potētia infiniti non reſpicit actum in facto eſſe: qualem actum habet domus aut homo: ſed ſolum actū in fieri: in quali actu eſt dies vel ludus agonalis: ⁊ ideo poteſt infinitū poni in actu: nō qui eſt in facto eſſe/ſed ſolum in fieri. Secūdo cōcludit: ꝙ hoc infinitū nō poteſt habere ratiōnē toti⁹: q̄a totū eſt cui⁹ ni

In q̄ actu infinitum pōt poni. Quare infinitū nō ē totū vl ꝑfectū.

hil eſt extra: ſed extra tale infinitum: hoc eſt/extra illud quod habet eſſe de ipſo: ſemꝑ eſt aliq̇d extra. Nec eſt ꝑfectū: q̇a ꝑfectū eſt cui nihil ꝑfectionis deeſt: ſed illi ſemꝑ aliquid deeſt: ergo ꝛc. Ex q̇bꝰ vltra ſequit᷑: ꝙ ꝓductio effectꝰ infiniti in actu eſt īpoſſibilis.

Quare impoſſibile eſt ꝓduci actu infinitum.

Patet: q̇a infinitū ex ratione ſua eſſentiali habet hoc ꝙ impoſſibile eſt om̄es eiꝰ partes eſſe actualiter acceptas: ſed ſemꝑ reſtat aliq̇d accipiendum. Si aūt aliquis effectus infinitus in actu eſſet productus: om̄es eius partes eſſent actualiter accepte: quod eſt impoſſibile: quia iā infinitū eēt finitū. Poſtea auctor ponit q̇nq̧ modos acceptionis infiniti. ¶ Pro quoꝝ declaratione notandū: ꝙ infinitum dicitur quaſi non finitū: ideo cōuenit cuilibet infinito non habere finē ꝛ per conſequens non poſſe pertranſiri. Vñ dicit Ariſto. frequēter: ꝙ infinitū nō poteſt pertranſiri.

Infiniti acceptiones.

Primo itaq̧ modo infinitū dicitur negatiue: ſcꝫ qđ nō eſt finitū/nec aptū natū eſt habere finem: vt punctus: cui cū ſit ſimpliciter indiuiſibilis/repugnat habere finē: ſicut vox dicitur inuiſibilis negatiue: q̇a nullo modo poteſt videri. Secūdo dicit᷑ infinitū cōtrarie: qđ habet quātitatē om̄ino imꝑtranſibilē: ꝛ tale nullū eſt in actu: nec poteſt ꝓduci: vt ꝓbat Ariſto. iij. phyſi. Tertio dicit᷑ infinitū ſm̄ impotentiā trāſeūtis: qđ habet quātitatē nō ꝑtranſibilem/niſi cū magna difficultate: vt via valde lōga. Quarto dicit᷑ infinitū ꝓuatiue: qđ nō habet finē ꝛ aptū eſt habere: de quo ſolet poni exemplū linea/ſi per poſſibile vel impoſſibile ab ea auferant᷑ pūcta ipam terminantia. Et iſti omnes predicti modi ſunt infiniti ſm̄ actū. Quinto modo dicit᷑ infinitū ſm̄ potētiā accipiēdi alterū poſt alterū: in quo actus eſt cōiunctus potentie: quia q̄ītūcūq̧ ex eo accipiatur/reſtat ſemper aliquid vltra accipere. Et illud eſt triplex: quoddā em̄ eſt infinitū ſm̄ appoſitionem: vt numerus qui per vnitatis additionem creſcit in infinitū: ꝛ ideo licet datur minimus numerus/tamen nō poteſt dari maximus. Quoddam eſt infinitū ſm̄ diminutionem ſeu diuiſionē: vt quodlibet continuū quod diuidit᷑ in ſemper diuiſibilia: ſicut ꝓbat Ariſto. vj. phy. Unde licet det᷑ maximū cōtinuū/nō tñ poteſt dari minimū: q̇a quocunq̧ cōtinuo dato/diuiſo eo dabit᷑ minus: quod eſt pars illius. Quoddā vero eſt infinitū ꝛ ſm̄ appoſitionē ꝛ ſm̄ diuiſionē/ vt tempus: qđ per additionem hore ad horā creſcit in infinitū: ꝛ cū ſit quoddā cōtinuū/diuiſio eius ꝓcedit in infinitū: ꝛ ideo nō dat᷑ neq̧ maximū neq̧ minimum tempus. ¶ Sed cōtra diuiſionem cōtinui in infinitū inſtat᷑ dupliciter. Et primo ſic: quia ſi continuū diuideret᷑ in infinitū: ergo poſſet diminui in infinitū/ ſic ꝙ nunq̄ per diminutionē conſumeretur. Conſequēs eſt cōtra Ariſto. i. phyſi. vbi dicit: ꝙ om̄e finitū ꝑ ablationē finiti conſumitur: ꝛ loquit᷑ ibi de finito ſm̄ actū: quale eſt quodcūq̧ cōtinuū. Nā nullū eſt cōtinuū actu infinitū: vt ꝓbatur. iij. phyſi. Secundo: q̇a dicit ibidē Ariſto. ꝙ datur minimū os ꝛ minima caro: cū ergo caro ꝛ os ſint q̄dam cōtinua: ergo datur minimū continuū ꝛ ꝑ cōſequēs indiuiſibile: quia alias minimo daret᷑ minus. ¶ Ad ꝓmū dico: ꝙ illa autoritas philoſophi: omne finitū ꝑ ablationē ꝛc. intelligitur de ablatiōe ꝑtiū eiuſdē quātitatis: q̇a tales ſunt finite in q̇libet cōtinuo. Nec ſm̄ illas ꝑtes diuidit᷑ ī infinitū: ſed ſolū ſm̄ ꝑtes eiuſdē ꝓportiōis: puta diuidēdo ꝓmo totū in duas medietates/ꝛ iterū illas medietates ī alias medietates: ꝛ ſic in infinitū: vt etiā ſupra declaratū eſt circa differentiā cōtinuoꝝ/cōtiguoꝝ ꝛ cōſequenter ſe habentiū. Ad ſcđm cōiter ſolet dici: ꝙ caro ꝛ os /ſimilit᷑ ꝛ alia corpa naturalia poſſunt duplicit᷑ cōſyderari. Uno mō vt ſunt q̄dā entia naturalia: puta os vel caro ꝛc̄. Alio mō vt ſūt cōtinua abſolute/nō curādo formas naturales. Si cōſyderant᷑ ꝓmo mō: ſic ꝓcedit obiectio. Nā oīa entia naturalia (vt ibidē dicit᷑) ſūt determinata ad maximū ꝛ ad ad minimū: ꝛ ideo pōt dari ita ꝑua caro/q̄ ſi vltra diuidatur/nō poterit cōſeruare ſeipſam in ſpecie carnis: ſed mutaret᷑ in naturā cōtinētis/puta aerē vl̓ aq̄ q̄ circūſtat: vt dicit Ariſto. ī li. de ſen. ꝛ ſen. Si xo cōſyderant᷑ ſcđo modo/ſic diuidunt᷑ ī infinitū: q̇a nullū q̄ntū ratiōe cōtinuitatis habet aliq̇d repugnans diuiſioni. Sco. tñ in. v. metaphy. ꝛ in. ij. diſ. q. ix. ſubtilius hāc materiā tra

ctat: quod ⁊ ego aliquãtulũ attingã in tractatu de anima/ circa illã autoritatẽ ſe/
cũdi de aĩa: Oĩm a natura conſtantiũ eſt certꝰ terminꝰ augmẽti ⁊ decremẽti. Pre
ter ꝑdictos aũt modos infiniti inueniunt aliȷ̃ duo modi. Eſt eñ quoddã infinitũ Infinitũ
duratiõe: qđ ſcꝫ nõ habet ꝑncipiũ nec habebit finẽ ſue duratiõis: ſicut celũ/ motus duratiõ e.
celi ⁊ tẽpus ſm opinionẽ Ariſto. in. viȷ̃ phyſi. ſimiliter intelligẽtie mouentes or/
bes celeſtes. Aliud eſt infinitũ vigore ſeu ꝑfectiõe: quod ſcꝫ habet virtutẽ infinitã Infinitũ
intenſiue: ⁊ ſic ſolus deus eſt infinitus. vigore/ ſeu perfe/ ctione.

Locus eſt vltima ſuperficies corꝑis cõtinẽtis im/ De loco
mobilis primũ: ⁊ ẽ duplex/ ſcꝫ cõis ⁊ ꝓpꝛiꝰ. Cõis
eſt ꝗ cõtinet locatũ ⁊ plura alia: ſicut celũ/ qđ ẽ con
tinẽtia viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ creaturarũ. Locus ꝓpꝛiꝰ eſt circũ
ſcriptio corporis locati/ nec maior nec minor corpore incluſo.

Finitis his ꝗ ꝑtinebãt ad. iiȷ̃. phyſi. in hac q̃rta ꝑncipali ꝑte incipit autor
determinare de loco/ vacuo ⁊ tẽpore: ꝗ ꝑtinẽt ad. iiiȷ̃. phyſico. Tra
ctãdo aũt de loco tria facit. Primo ipm diffinit: ſcđo diuidit: tertio oſtẽdit varios
modos ſm quos aliq̃d dicit eẽ in in loco. ¶ Ad q̃ꝝ declarationẽ ſciẽdũ ꝑmo: ꝙ
Ariſto. ante diffinitionẽ ꝑmittit aliq̃/ velut ſupponẽs/ naturã loci declarãtes: q̃rũ
ꝑma eſt diuiſio loci (hic etiã in textu poſita) in locũ cõem ⁊ ꝓpꝛiũ. Aũ locꝰ cõis eſt Locus cõ
ꝗ cõtinet multa: vt aer vel celũ. Aũ celũ ſm Damaſcenũ/ cap. xviȷ̃. dicit eſſe cõtinẽ munis.
tia viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ. i. corꝑaliũ ⁊ incorꝑaliũ creaturarũ. Locus vero ꝓpꝛius Locus ꝓ
dicit ꝗ eſt eq̃lis locato. Secũda ſuppoſitio: locꝰ nõ eſt in aliquo vt in loco: q̃a pari pꝛius.
rõne locꝰ loci eẽt ĩ alio loco/ ⁊ ille iteꝝ ĩ alio: ⁊ ſic ĩ infinitũ. Sed locꝰ bene eſt ĩ alio
vt in ſubiecto/ puta in corꝑe cõtinẽte: ⁊ occaſiõe iſtiꝰ ponit Ariſto. ibidẽ octo mo/
dos eſſendi in: de quibꝰ etiã habet in tertio tracta. Sũmulaꝝ Petri hiſp. Tertia:
locꝰ cõtinet locatũ: ⁊ nihil eſt eiꝰ. Et hec ſuppoſitio nõ repugnat ꝑme: vbi dictũ eſt
locũ ꝓpꝛiũ eſſe eqnalẽ locato: licet eñ cõtinẽs/ vt corꝑ ſit maiꝰ cõtento: nõ tñ cõti/
nẽs/ vt ſuꝑficies: q̃le cõtinẽs eſt locꝰ/ vt patebit. Quarta: locꝰ eſt ſeparabilis a lo/
cato: ⁊ ecõtra/ ſine corruptiõe. Patet ex ꝑcedenti: q̃a locꝰ nihil ẽ locati. Quinta:
locꝰ habet ſex differẽtias poſitionũ: ſcꝫ ſurſum/ deorſum/ ante/ retro/ dextrũ ⁊ ſini/
ſtrũ: de quibꝰ ſupra dictũ eſt in fine capituli de motu. ¶ His ꝑmiſſis philoſophꝰ
infert hãc diffinitionẽ loci: Locꝰ eſt terminus cõtinẽtis ĩmobilis ꝑmũ. In ꝗ diffi Diffiniti/
nitione ꝑ terminũ cõtinentis intelligit ſuꝑficiẽ cõcauã corꝑis cõtinẽtis: ⁊ ponitur onis loci
hec ꝑticula ad excludendũ opinionẽ antiquoꝝ/ dicentiũ locũ eſſe ſpaciũ inter late/ declara/
ra cõtinẽtis: ſm quã opinionẽ etiã ipſe Ariſto. loquit in ꝑdicamẽtis: dicẽs eẽ lo/ tio.
cũ diſtinctã ſpẽm quãtitatꝭ a ſuꝑficie: ⁊ ꝙ ꝑtes loci copulant ad eũdẽ terminũ/ ad
quẽ ꝑtes corꝑis locati. Quã opinionẽ in. iiȷ̃. phyſi. improbat q̃buſdam ratiõibꝰ:
quaꝝ vna eſt hec: Si locꝰ eſſet ſpaciũ dimẽſionatũ inter latera cõtinẽtis: ergo rece
pto corꝑe in ipm/ dimẽſiões corꝑis locati penetrarẽt dimẽſiones illiꝰ ſpaciȷ̃ dimen
ſionati: ita ꝙ lõgitudo penetraret lõgitudinẽ: latitudo latitudinẽ: ⁊ profunditas
ꝓfunditatẽ. Conſequẽs eſt falſum: ergo ⁊ illud ex ꝗ ſequeret ⁊c. Deinde addit in
diffinitione/ immobilis: ad differentiã vaſis: cũ quo licet locus multũ conueniat/

tamen in hoc differt ab eo:quia vas eſt contine͂s tranſmutabile:locus vero conti-
nens immobile. Ultimo additur/primū: que particula ſecundū expoſitionē mul-
torum additur tanq̄ determinatio huius quod eſt imobile: vt ſit ſenſus:imobile
primum.i.immobile per ſe. Sed ſm Cōmen. melius addatur ad particulam conti
nentis: vt locus ſit terminus continentis primum.i.proxime ꝛ adequate. Et ſm
hāc expoſitionē/pmū adderetur ad differētiam loci cōmunis: qui non eſt cōtinēs
primū ſeu adequatū:locus autem proprius qui hic diffinit / eſt continēs proximū
ꝛ adequatum locato. ¶ Sed contra diffinitionē loci inſtat tripliciter. Primo:q̄a
ſi locus eſt ſuperficies corporis cōtinentis : ergo moto corpore cōtinente mouebit
ꝛ illa ſupficies:ergo loc⁹ nō eſt imobilis. Scdo: q̄a alias lapis iacens imobiliter ī
fluuio/ſemp eēt ī alio ꝛ alio loco:qm̄ ab alia ꝛ alia pte aq̄ cōtinet ꝓpt fluxū fluuij
ꝛ p cōſequēs ab alia ꝛ alia ſupficie aq̄. Similit argueret de turri : quā cōtinue ali⁹
ꝛ ali⁹ aer circūdat propter ventū . Tertio:q̄a ſm Ariſto. hic ꝛ alibi frequēter loc⁹
ſaluat ꝛ cōſeruat locatū: ꝛ ſm Porphiriū loc⁹ eſt pncipiū gn̄atiōis effectiuū:hec
aūt nō cōueniūt neq̄ ſupficiei neq̄ etiā reſpectui cōtinētie/q̄ fundat in illa ſupficie
qm̄ neq̄ quātitas neq̄ reſpect⁹ eſt de gn̄e actiuoꝝ. ¶ Ad pmū dico pſupponēdo
ꝙ q̄a loc⁹ vltra ſupficiē addit relationē cōtinētis:nā ſupficies abſoluta circūſcpta

Acceptiones loci.

ratiōe cōtinētis/nō habet rationem loci: ideo locus poteſt accipi dupliciter. Uno
modo pro materiali/ſcilicet pro ſuperficie cōcaua continētis proximi. Alio modo
pro formali/ſcꝫ pro reſpectu cōtinētie actiue fundato in illa ſuperficie ꝛ terminato

De generaliſſimo pdicamēto vbi.

ad locatū:q̄ reſpect⁹ ptinet ad pdicamentū vbi/ſm Sco. xſ.q.q. Nam generaliſſi
mū illius pdicamenti eſt vbi cōmune ad vbi actiuū/qꝺ dicit loc⁹ formaliter: ꝛ ad
vbi paſſiuū:licet autor ſex principioꝝ ſolum diffinit vbi paſſiuum. Hoc ſup poſito
reſpondeo ad primum:ꝙ ſi capitur locus pro materiali/concedit ſm Cōme. ꝙ eſt
mobilis per accidens ad motum cōtinentis corporis ſeu locantis : ſed nullo mo-
do ad motum corporis locati. Uerū tamē ſi moueri per accidens non conuenit et
inquātū eſt loc⁹/ſed inquātū termin⁹ corpis. Nā (vt vult Sco. in .ij. diſt. ij. in ſolu.
q.v.)non eſt de ratione loci vt ſit terminus corporis continētis:q̄a ſi per poſſibile
vel impoſſibile illa ſupficies ſit per ſe/poſſet eſſe proximū cōtinens ꝛ vere haberet

Quō locus eſt immobilis.

rationē loci. Si aūt locus capitur formaliter/ ſcꝫ pro reſpectu cōtinentie:ſic locus
nec per ſe nec p accidens eſt mobilis localiter:ſed bene eſt corruptibilis moto cor-
pore cōtinēte:q̄a amplius nō manet illa relatio cōtinētie ſicut neq̄ ſupficies: vt ar

Quō lapis in fluuio eſt in eodē loco cū nō ab eadē ſupficie aq̄ cōtinetur.

guit in ſecunda ratione de lapide iacente in fluuio: ſed quia neceſſario ibi ſuccedit
aliud continens quod ſimiliter cōtinet:in quo licet ſit alia numero relatio cōtinen
tie ſicut ꝛ alia ſupficies cōtinēs:tn̄ eſt eadē pcedēti p equiualentiā: hoc eſt/q̄a oīa
eque ſaluant de loco ac ſi eſſet om̄ino idē loc⁹ in numero:ꝛ per hoc ſoluta eſt ſecū-
da inſtātia. ¶ Sed dices cōtra ſolutionē:dato ꝙ illi⁹ lapidis ſit idē loc⁹ p equiua-
lentiā:tn̄ q̄a habet aliū ꝛ aliū locū in numero/ergo mouebit localiter:q̄a mutat lo-
cum. Reſpōdeo:ꝙ ad hoc ꝙ aliquid moueatur localiter / requirunt duo. Primo
ꝙ mobile per ſui mutationē mutet locū. Secūdo/ꝙ inter priorem locū ꝛ ſubſequē
tem ſit diſtātia localis. Quoꝝ vtrūq̄ deficit ī ꝓpoſito:quia ille lapis mutat locū
ſolū ꝓpter mutationē cōtinentis. ¶ Ad tertiū reſpōdeo:ꝙ loco inquātū loc⁹ nō

Quō loc⁹ ſaluat locatum.

cōuenit ſaluare locatū per ſe:ſed ſolū p accidēs/ſcꝫ ratione determinate forme ſub
ſtātialis ꝛ qualitatū naturaliū illius corporis cuius locus eſt termin⁹. Uñ Scot⁹
vbi ſupra dicit:ꝙ naturalitas multū accidit rationi loci. Pro tanto igit aliq̄d di-
citur eſſe in loco naturali/vel a loco naturali ſaluari: q̄a eſt in locātenaturaliter.i.
in vltimo alicui⁹ corporis cōtinentis/ qꝺ natū eſt ſaluare cōtentum:ꝛ eodē modo
etiā cōuenit loco eſſe principiū generationis/ſicut ſaluare locatū.

Eſſe in loco.

Notandum:aliquid dicitur eſſe in loco tripliciter. Primo cir-

circūſcriptiue: cui poteſt aſſignari principium/ mediū ⁊ finis: vel cuiꝰ ꝑtes cōmēſurant partibꝰ loci. Scđo diffinitiue: quod ſic eſt in loco ꝙ hic ⁊ non alibi eſt. Tertio repletiue: qđ replet oēm locū: ⁊ ſic deꝰ dicit eſſe in loco. Itē quedā ſūt in loco ꝑ ſe/ vt ſubiectū motus. Quedā ꝑ accidens/ vt ea que ſunt in ſubiecto: ſicut forme ⁊ partes integrales rerum compoſitarum.

Ponit autor duo notabilia: ī qbꝰ declarat varios modos eſſendi in loco: ⁊ cōiungēdo vtrūq; notabile dicit/ ꝙ qnq; modis aliqđ ꝯtingit eē in loco: ſcʒ circūſcriptiue/ diffinitiue/ repletiue/ per ſe ⁊ ꝑ accidens. Et hi vltimi duo modi ſubdiuidūt ꝑmos duos: q modi licet oēs ſint manifeſti ex textu: tñ ad eorū clariorē cognitionē dicā ſex ꝓpoſitiōes. Prima: Eſſe in loco ſolū cōuenit rei exiſtēti: ⁊ ideo ficta entia rationis: ⁊ oīa producibilia/ q dicunt eſſe in potētia obiectiua: nullo mō ſunt in loco: qm̄ nō ſunt. Secūda: Eſſe in loco circūſcriptiue ſolū cōuenit corpori qđ habet cōtinēs diuiſum a ſe: ⁊ ideo celū licet ſit corpus: tñ quia nō habet extra ſe cōtinēs/ ideo ſm Ariſto. nō eſt in loco/ niſi per partes. Et hoc verū eſt capiēdo celū pro tota regione celeſti: ſic eī̄ acceptū dicit plures ſpheras/ quaꝝ ſupior cōtinet inferiorē. Sed ſi capiat celū ꝓ vltima ſphera: ſic nō eſt in loco/ neq; ſm ſe totū/ neq; ſm ꝑtes. Vñ ſi mouet/ mouet (vt dicit Sco. xi. q. q.) ſm locare ⁊ nō locari: hoc ē ad vbi actiuū ⁊ nō paſſiuū: qa nūc alit locat corpꝰ cōtentū q̄ꝫ priꝰ locauit: ſed nō aliter locatur: quia nō locatur. Et iſto modo intelligit dictū Auerrois cōmen. xliij. iiij. phyſi. ꝙ celū eſt in loco ꝑ cētrū: qa ſuū eſſe in loco eſt locare locabile fixū in loco. Tertia propoſitio: Oē illud dicit eſſe diffinitiue in loco/ qđ ſic eſt ꝑſens huic loco ꝙ ſimul nō pōt eſſe in alio: ⁊ iſto mō oē ens creatū eſt in loco. Quarta ꝓpō: Quicqđ ē ī loco circūſcꝑtiue/ ē in eodē etiā diffinitiue: ſʒ nō ecōtra: vñ angelꝰ ⁊ alie res īcorꝑales ſūt ī loco diffinitiue: qm̄ nō cōmēſurāt loco. Quinta: Solꝰ deꝰ ē ī loco repletiue: qa ſolꝰ deꝰ ē ens īfinitū: ⁊ iō ſolꝰ ipe replet oēm locū ſua eētia/ potētia ⁊ ꝑñtia: de q poteris plura legere apđ doctores ī. xxxvij. diſ. j. ſen. Sexta ꝓpō: Oē illđ ē ꝑ ſe ī loco/ cui cōuenit ꝑ ſe localit moueri: qđ xo nō pōt moueri niſi ꝑ accidēs/ nō ē ī loco niſi ꝑ accñs: ⁊ qđ nullo mō pōt moueri/ nullo mō pōt eſſe ī loco. Hec ꝓpō patet: nā ſm Ariſto. ī ꝑncipio. iiij. phy. locū q̄rimꝰ ꝓpt motū.

¶ Ex q ꝓpōe infero aliq̄t corrolaria. Primū: deꝰ qa nullo mō eſt mobilis/ nullo mō eſt locabilis. Secūdū: Oēs forme ſiue ſint ſubales ſiue accidētales q̄ꝫdiu informant ſubiectū: ſimiliter partes q̄ꝫdiu ſunt in toto/ ſolum ſunt in loco. Patet: quia ſolū ſunt mobiles per accidens: ⁊ ſi aliquid poſſit ſeparari a corpore: ⁊ eſſet per ſe tale/ iam eſſet in loco per ſe: Uel circunſcriptiue/ ſi fuerit quantum: vel ſolū diffinitiue/ ſi fuerit nō quantū. Ex quo vltra ſequitur: ꝙ ſi per potentiā diuinā materia ſepararetur ab oī forma/ eſſet per ſe in loco diffinitiue: vt vult Sco. xij. diſt. ij. q. ij.

Quō celū eſt ī loco.

Uacuū eſt locꝰ nō repletꝰ corꝑe/ aptus natus tñ reple

De vacuo

ri:⁊ ipſum vacuum eſſe eſt impoſſibile:quo tamen ſuppoſito/ nec motus naturalis/nec animalis/nec violentus in ipſo poſ-ſet fieri naturaliter.

Poſt tractatũ de loco/incipit autor tractare de vacuo:qm̃ vacuũ eſt q̃dam locus. Et duo facit. Primo ponit hanc diffinitionẽ vacui: Vacuũ eſt loc⁹ ⁊c̃.i.locus in quo nõ eſt actu corpus: ſed aptũ natũ eſt eſſe. Secũdo ponit no-

Quomõ vacuũ eẽ eſt ĩpoſſibile.

tabile:in quo tangit duo ad intentionẽ Ariſto.iiij.phyſi. Primũ ꝙ ĩpoſſibile eſt eſſe vacuũ:⁊ hoc poteſt ĩtelligi dupliciter. Uno mõ de ĩpoſſibili ſm naturã: ita ꝙ ꝑ potentiã naturalẽ nõ poteſt eſſe vacuũ:⁊ ſic eſt verũ qḋ dicit̃. Alio modo poteſt intelligi de impoſſibili ſimpliciter:ſic ꝙ implicet cõtradictionẽ vacuũ eſſe: vel ꝙ ꝑ nullam potẽtiã etiam diuinã poſſit poni vacuum:⁊ ſic eſt falſũ. Prima pars patet ſic: Nã ꝓpt̃ ordinẽ vniuerſi q̃ cõſiſtit ĩ cõtiguitate ei⁹ ꝑtiũ/q̃ cõtiguitas nõ ſaluaretur poſito vacuo: ĩter eaſdem ꝑtes natura vniuerſalis ſic abhorret vacuũ: vt moto localiter vno corpore/ſtatim in locũ eius ſuccedit aliud:etiã ſi debet moueri cõtra inclinationẽ nature ꝓprie. Un̄ ne fiat vacuũ/qñq; grauia aſcendũt: vt patet de ductu aq̃ ꝑ fiſtulas cãnaliũ ad loca altiora:qñq; etiã grauia q̃eſcũt in aere ſine aliquo ea retinẽte: vt patet de clepſidra repleta aqua:q̃ ſi eleuet̃ in aerẽ bene clauſo foramine ſuꝑiori/aqua nõ effluit ꝑ foramina inferiora. Per naturã aũt vniuerſalem nõ ſolũ intelligo cauſas vniuerſales/vt deũ vel celũ:ſed intelligo totũ ordinẽ entiũ vniuerſi/tã ſuperiorũ q̃z inferiorũ. Qꝛ aũt nõ implicet cõtradictionẽ eſſe vacuũ ꝑ potentiã diuinã/eſt ſentẽtia Sco. in.iiij.diſt.xliij.q.v.⁊ in.q.q.xx.⁊ ꝓbatur ſic: Nã ſi deus ſubito faciat ex magno corpore paruũ:⁊ relinquat aerẽ circũſtantẽ nature ꝓprie:cũ natura nõ poſſit mouere in inſtanti aerẽ circũſtantẽ/vt ſubito applicet̃ laterib⁹ illi⁹ corꝑis parui:neceſſario ibi erit vacuũ ad tẽp⁹: quouſq; natura applicaret aerẽ circũſtantẽ laterib⁹ illi⁹ corꝑis parui. Secundũ quod tãgit̃ in tex.

Utrũ motus poſſit eſſe in vacuo.

eſt:ꝙ dato ꝙ ſit vacuũ/in illo nullus motus poſſet fieri. Cui⁹ cauſa eſt ſm Ariſto. in.iiij.phyſi.quia ſi motus fieret per vacuũ: ſequeret̃ ꝙ ille motus fieret in non tẽpore ſeu in inſtanti. Cõſequẽs eſt falſum: quoniã omnis motus fit in tẽpore. Sed cõſequẽtia ꝓbat̃: quia ſucceſſio in motu prouenit ex reſiſtentia medij: ⁊ ideo q̃ᷓto mediũ minus reſiſtit/tanto motus fit velocior ſeu in minori tempore: ceteris paribus. Sed vacuũ nihil reſiſtit:ergo ſi motus fieret in vacuo/ cum ibi nulla ſit reſiſtentia medij:motus ille fieret in inſtãti. Sed quia nõ ſola reſiſtentia medij eſt cauſa ſucceſſionis motus: vt etiã antea tactũ eſt circa illum textũ/ mot⁹ nõ fit in inſtãti.

Duplex ſucceſſio ĩ motu.

Nam vt dicit Sco.in.ij.diſt.ij.q.ix. motus habet diuiſibilitatem ⁊ ſucceſſionẽ eſſentialem ex diuiſibilitate ſpacij:quia om̄e mobile motum a virtute finita neceſſario prius pertrãſit vnam partem ſpacij q̃z aliam:ſed vltra illam ſucceſſionẽ eſſentialem poteſt addi motui velocitas vel tarditas/que prouenit ratione ſubtilitatis medij vel denſitatis. Cum itaq; diuiſibilitas ſpacij per quod fit motus/ſit eſſentialior cauſa ſucceſſionis motus q̃z medij reſiſtentia: ideo dico ex ſententia Sco. ꝙ ſi eſſet vacuum/poſſet in ipſo eſſe motus etiam ſucceſſiuus/loquẽdo de ſucceſſiõe eſſentiali:ſed nullã haberet velocitatem aut tarditatem accidentalem/quam haberet in pleno:⁊ per hoc ſoluit̃ autoritas autoris noſtri ⁊ philoſophi. Uoluit eñ Ariſto.probare:ꝙ nullus motus poteſt eſſe in vacuo/habẽs velocitatẽ aut tarditatem ſuperadditam ſucceſſioni eſſentiali. Un̄ ⁊ angelus cũ mouet̃/ꝑ plenũ mot⁹ eius eſt ſucceſſiuus:⁊ tamen certum eſt ꝙ illa ſucceſſio non prouenit ex reſiſtentia

medij cauſata ex denſitate maiori vel minori illius medij: quia ſpiritui nullum corpus reſiſtit. Similiter diceretur de anima ſeparata a corpore / ꝛ de corpore glorificato. Et ſi queras: an ille motus in vacuo eſſet naturalis / vel animalis / vel violentus. Dico ꝙ motus grauiũ deorſum eſſet naturalis / ꝛ ſurſum violentus: attendendo naturalitatẽ ex parte mobilis / nõ ex parte medij. Dico etiã: ꝙ proiecta nõ mouerentur ad motum medij deferentis / ſed a virtute eis impreſſa a proijciente. De motu autem animalis dico: ꝙ gradientia poſſent per terram ambulare / ſi ſupra terram eſſet vacuum: ſuppoſito ꝙ poſſent viuere ſine reſpiratione: tamen auis non poſſet volare ſine aere: nec piſcis natare ſine aqua. Nec poſſet fieri viſio / nec auditio / nec odoratio: quia iſta requirunt medium extrinſecum tanꝗ̃ deferens ſpecies ad potentias. ¶ Item contra predicta inſtatur. Si eſſet vacuum / poneretur ſpacium dimenſionatum: ergo corpore ingrediente in illud / dimẽſiones corporis ingredientis penetrarent dimenſiones illius ſpacij vacui. Conſequens eſt falſum: quia iſta eſt cauſa quare corpora plura non poſſunt eſſe in eodem loco: quia impoſſibile eſt fieri penetrationem dimenſionum. Conſequentia autem probatur: quia vacuum non poteſt moueri: igitur dimenſiones eius non cedunt dimenſionibus corporis ingredientis. Dico: ꝙ in vacuo non ſunt dimenſiones poſitiue / ſed ſolum imaginarie: ꝛ ideo non ſequitur penetratio dimenſionũ.

Tempus eſt numerus motus ſcd̃m prius ꝛ poſterius. Numerus eſt triplex: ſcilicet numerus numeratus / vt ſunt res numerate / vt tres lapides vel quattuor. Et numerus numerans / vt anima. Et numerus mediante quo numeramus: ꝛ hoc tripliciter. Primo: vt actio anime / vel conceptus mediante quo numeramus. Secundo: vt quodlibet nomen numerale / vt duo quattuor. Tertio: vt quelibet res qua mediante res numerat ipſa anima. Numerus numeratus duobus modis numeratur. Primo a cauſa que facit numerũ: ꝛ ſic tempus numeratur a motu: quia prius ꝛ poſterius in tempore cauſatur a priori ꝛ poſteriori in motu. Aliter numeratur De tẽpore.

numerus numeratus a partibꝰ ſuis ⁊ a ſubſtãtia ſua : ⁊ ſcõm hoc tēpus numeratur dupliciter : ſcꝫ a priori ⁊ a poſteriori in tempore : ⁊ ab ipſo nunc iterato ſcõm eſſe/eodem tamen ꝑmanente ſcõm ſubſtãtiã. Et ſic tēpus eſt numerꝰ quo numeramꝰ motũ : q̃a certificat quãtitas tꝑis ex numero ſuarũ ꝑtiũ ⁊ ex ſubſtãtia ſua : ⁊ hac certificata certificat quãtitatē motus.

In hoc vltimo capitulo determinat de tēpore : quod eſt paſſio motꝰ. Et plura facit. Primo ponit tres diffinitiões tēporis : ſecũdo oſtendit quõ nũc habet ſe ad tēpꝰ : tertio declarat plures modos q̇bꝰ aliq̇d dicit̃ eſſe ĩ tpe : q̃rto enumerat differētias tꝑis : quinto ⁊ vltimo ꝓbat tēpꝰ eſſe magis cauſam corruptiõis q̃ gñationis. Et hec oĩa tractant̃ ab Ariſto. in vltimo tractatu. iiij. phy. ¶ Prima diffinitio tꝑis ſic exponit̃ : Tēpꝰ eſt numerus .i. mēſura motꝰ ſm prius ⁊ poſteriꝰ .i. ſm partē p̃cedentē ⁊ ſubſequentē. qꝺ ideo addit̃ : q̇a tēpus eſt mēſura motꝰ p̃cipue : inquãtũ in eo ſũt plures ꝑtes : quaꝝ altera eſt ꝑor ⁊ altera poſterior. Ex quo patet : ꝙ tēpus eſt mēſura rerũ in quibꝰ inuenitur prius ⁊ poſterius duratione : vt eſt motus ⁊ om̃es oꝑatiões que fiũt ſucceſſiue. ¶ Poſtea autor volēs declarare quõ tēpus eſt numerus motus/ponit diuiſionē numeri. Pro qua diuiſione cõſyderandum eſt : ꝙ numerus numerans poteſt intelligi dupliciter. Uno modo effectiue : ⁊ ſic aĩa dicit̃ numerus numerãs. Alio mõ formaliter : ⁊ ſic om̃e illud quo formalit̃ aliud numeramus ſiue mēſuramꝰ / dicit̃ numerꝰ numerans. Hoc mõ numerꝰ mathematicus dicit̃ etiã numerꝰ numerãs : nõ effectiue/ſed formaliter : ⁊ ſolũ iſto mõ ſecũdo nos vtemur numero numerãte in ſequẽtibꝰ : q̇ ſcꝫ coincidit cũ numero quo numeramus. Alterius cõſyderandũ eſt ꝙ ſubſtãtia tꝑis ſm autorē eſt ipm̃ nunc : nõ vt ſtans : q̇a ſic eſt ſuba eui : ſed vt fluēs : qꝺ dicit̃ ꝓprie inſtans : ⁊ illud inſtans ponit̃ eſſe vnũ ⁊ idē ĩ toto illo fluxu ſm ſubam : licet ſit aliud ⁊ aliud ſm eſſe : ſicut mobile in toto motu manet idē ſm ſubam : licet diuerſificat̃ ſm eſſe : qꝺ dictũ quõ eſt verũ ⁊ quõ nõ/dicet̃ infra circa textũ de nũc. ¶ Uult itaq̧ dicere autor : ꝙ tēpꝰ cõparatũ ad motũ ꝑmi mobilis : ſimilit̃ ad ſubſtantiã ſuã/q̃ eſt nũc : ⁊ ad ꝑtes ſuas q̃ ſunt prius ⁊ poſterius/dicit̃ numerus numeratus : ſed cõparatũ ad alios motus inferiores/eſt numerus numerãs : ita ſcꝫ ꝙ tēporis quãtitas numerata ſeu mēſurata : hoc eſt/certificata ex motu ꝑmi mobilis : ⁊ etiã numero ſuaꝝ ꝑtiũ ac ſua ſubſtãtia mēſurat alios motꝰ : ſicut vlna mēſurata numero ſuaꝝ ꝑtiũ vel q̇cũq̧ alio / mēſurat pãnũ/⁊ alia multa q̇bꝰ applicat̃. ¶ Et ex hoc patet ſm itētionē autoris differētia huiꝰ ꝑme diffinitiõis tꝑis a tertia/in q̃ dicet̃ : ꝙ tēpus eſt mēſura motus ſm prius ⁊ poſteriꝰ. Prima em̃ dat̃ de tēpore in ordine ad motũ ꝑmi mobilis a q̃ tēpus numerat̃/vt a ſua cauſa : ſed tertia dat̃ ꝑ cõparationē ad motus alios/q̇ꝝ tēpꝰ eſt mēſura. Licet aũt hec ſit intētio autoris : tñ ſm verã expoſitionē/ q̃ dicta eſt in principio huiꝰ capituli/nulla eſt differētia inter ꝑmã ⁊ tertiã diffinitionē : imo ſunt vna diffinitio. Tēpꝰ em̃ eſt mēſura cuiuſlibet motꝰ : vt magis patebit ex ſequẽtibꝰ.

Numerꝰ numerãs duplex.

¶ Sed ꝯtra hoc obijcit: Ariſto. poſt p̄dictā diffinitionē tꝑis, declarās quō tēp⁹ eſt numer⁹, dicit ſic: Tēpus aūt eſt qđ numerat, ⁊ non quo numeram⁹: ergo videt ꝙ in hac diffintiōe numerus nō eſt idē ꝙ mēſura: q̇a mēſura nō eſt illud qđ numeratur, ſed quo numeramus. Reſpōdeo: ꝙ Ariſtote. in verbis allegatis nihil aliud vult ꝗ̄ ꝙ tēpus non eſt numerus mathematicus: quo numeramus diuerſas res puta hoīes, equos ⁊c. ⁊ q̇ nō eſt ꝓpria mēſura alicui⁹ predictoꝝ: quia hoc numero etiā tēpus numerat: vt cū dicimus tēpus vnius, duaꝝ vel triū horarū: non autem vult tempus eſſe id qđ numerat a motu, niſi quo ad nos: imo tēpus eſt id quo numeramus oēm motū. Dicit eñ ibidē ſtatim poſt diffinitionē: Signū aūt ꝙ tēpus ſit numerus motus eſt: plus eñ ⁊ minus numero indicamus: motū aūt plurem ⁊ minorē tēpore: numerus itaqꝫ tēpus eſt. Ex quo textu manifeſtū eſt: ꝙ in hac diffinitione tēporis Ariſto. non intēdit dicere tempus eſſe numerum numeratū a motu: ſed potius numerū quo numeramus motū. Et ꝙ hec ſit intētio Ariſtote. patet ex ꝓprietatib⁹ tēporis: quas hic ad declarandū ꝓpoſitū non eſt inutile adducere.

¶ Sunt itaqꝫ ſm Ariſto. quinqꝫ ꝓprietates temporis. Prima: Dabile eſt minimū tempus ſm multitudinem, vt in numero dierū vnus vel duo dies: ſed non eſt dabile minimū tempus ſm magnitudinē: quia omnis magnitudo eſt diuiſibilis in infinitū: vt iam ſepe dictum eſt ex. vj. phyſi. Secūda ꝓprietas: Tempus nō dicitur velox ⁊ tardū, ſicut neqꝫ aliq̇s numerus quo numeramus: ſed dicit multum ⁊ paucū: ⁊ hoc inquātū eſt numer⁹: dicit etiā longū ⁊ breue, inquātū eſt cōtinuum. Tertia: Tēpus eſt vbiqꝫ idē numero ſimul: licet nō ſit idem qđ eſt poſterius cū illo qđ fuit p̄us: ſicut motus p̄mus, cui⁹ tempus eſt mēſura ſimul nō eſt niſi vnus: licet pars eius prior ⁊ poſterior eſt alia ⁊ alia. Quarta: Sicut motus primus eſt vnus ⁊ cōtinuus ꝑ reiterationē: ſicut ⁊ tempus reiterat: vt hyems, ver, eſtas ⁊ autūnus. Quinta: Non ſolū menſuramus motū tp̄e, ſed etiā ecōtra tēpus motu: nā nō ſolū cognoſcim⁹ numerabilia ꝑ numerū, ſed etiā ecōtra numerū ꝑ numerabile reiteratū: ſicut multitudinē equoꝝ numero cognoſcimus: ⁊ ecōtra per vnū equū aliquotiēs replicatū cognoſcim⁹ numerū. Utrū aūt tēpus eodē mō ſe habeat ad motū primi mobilis ⁊ ad alios inferiores, vel aliter: patebit circa textū ſequentē: ibidē etiā patebit de priori ⁊ poſteriori, quō ponunt in diffinitiōe tꝑis.

Quinqꝫ ꝓprietates tēporis.

¶ Ad cognoſcendā aūt mēſurā duratiōis alioꝝ a motu, notandū: ꝙ mēſura ſeu duratio rerū vniuerſi inuenit q̄druplex. Prima eſt entiū oīno neceſſarioꝝ īmutabiliū ſimpliciter: ⁊ iſta eſt eternitas. Secunda eſt permanentiū, vt permanētia ſunt: ⁊ dicit euū. Tertia ē ſucceſſiuoꝝ: ⁊ dicitur tēpus. Quarta eſt raptim tranſeuntiū: ⁊ dicit inſtans: de quibus breuiter aliqua dicamus: ⁊ primo de eternitate: quā ſic diffinit Boetius li. v. de cōſo. proſa. vj. Eternitas eſt interminabilis vite totaſimul ⁊ ꝑfecta poſſeſſio. Hāc diffinitionē exponēs Sco. vj. q. q. dicit: ꝙ ibi ponit vita (q̄ accipitur pro exiſtentia actuali perfecta) tāꝗ̄ cōnotatū ⁊ quaſi ſubiectū vel fundamētum eternitatis. Eternitas eñ eſt modus intrinſec⁹ exiſtentie: vt ibidē paulo ante dixit Sco. Addunt ⁊ alie tres particule: videlicet interminabilis, qđ excludit deſitionē: ⁊ tota ſimul, quod excludit ſucceſſionē: ⁊ ꝑfecta poſſeſſio, qđ excludit depēdentiā ⁊ participationē. Unde eternitas nihil aliud eſt ꝗ̄ exiſtentia dei actualis ⁊ perfecta. Cōnotandū hec tria: vicꝫ ꝙ eſt interminabinabilis: q̇a nec p̄ncipiū nec finē habet. Tota ſimul: q̇a eſt ſine variatiōe ⁊ ſucceſſiōe. Et ꝑfecta: q̇a nō depēdet nec eſt ab alio participata.

Quadruplex menſura durationis.

Eternitas.

¶ Ex q̊ patet: ꝙ in eternitate nō eſt p̄teritū vl' futurū, ſed ſolū nūc p̄ſens: cū ibi nulla ſit ſucceſſio. Et ſi dicas: ᵛ̶ba q̄ cōnotāt tēp⁹ ⁊ ſucceſſionē, dicunt de deo: vt de⁹ ſcit, de⁹ ſciet ⁊c. ergo videt: ꝙ in eternitate dei ē pri⁹ ⁊ poſteri⁹: ⁊ per cōſequēs ſucceſſio. Reſpōdet Sco. diſ. ix. j. ꝙ talia ᵛ̶ba q̄ dicunt de deo, magis dicūt ꝯnotare nūc eternitat', ꝗ̄ differētias tꝑis: nō tñ illđ nūc abſolute: ſed īquātū coexiſtit partib⁹ tēpor': vt cū dicit, de⁹ genuit deū: cōſignificat nūc eternitatis inquantū illud coexiſtebat ꝑtō: de⁹ generat, i. de⁹ habet actū generan

Quō verba tēpus ſignificātia dicūt de deo.

ali in nunc eternitatis: inquantū illud coexiſtebat tempori preſenti. Et ex hoc pa/
tet: ꝙ cū illō nūc vere coexiſtat cuilibet differētie tēporis/ vere dicimus de deo dif

Euum

ferentias omniū tempoꝝ. Secunda menſura eſt euum: vnde angelus ⁊ oīs ſubſtā
tia creata/ ⁊ omnis operatio interior angeli/ ⁊ generaliter omne ens permanens/
cuius totū eſſe poteſt ſimul acquiri/ menſurat̄ euo. Euū aūt non eſt aliud ꝗ exiſtē
tia rei ꝑmanētis/ cōnotando ipſam coexiſtere tēpori vero vel imaginario. Et illud
quod menſuratur euo/ vocatur euiternū/ vt angelus: illud vero quod eſt menſura
eius durationis/ dicitur euū: quod non eſt aliud ꝗ exiſtentia eiuſdem. Et ſi q̄ras:
Utrū oīm euiternoꝝ ſit vnū euū/ vel tot ſunt eua quot euiterna. Reſpondet̄ proba
biliter ẜm Sco. ij. diſt. ij. q. iij. ꝙ ſi per euū intelligatur actualis exiſtentia cuiuſcū/
ꝗ euiterni: ſic tot erunt eua quot euiterna. Si vero nomine eui intelligatur exiſtē/
tia illius qđ eſt ſimplicius inter euiterna/ qua cognita nata eſt certificare de alijs:
ſic eſt tm̄ vnū euū/ ſcilicet exiſtētia primi angeli reſpectu oīm euiternoꝝ. Lege plu
ra apud Sco. vbi ſupra. Illud etiā ſciendum eſt: ꝙ euū nō eſt mēſura ex natura rei
neqꝫ illius cui eſt intrinſecū/ neqꝫ aliquoꝝ alioꝝ/ ſi ponatur tm̄ vnum euū: quia il
lud quod eſt mēſura ex natura rei debet eſſe notius naturaliter/ ⁊ aliud ab ipo mē
ſurato: ſed in exiſtentia angeli aut alioꝝ euiternoꝝ nihil eſt tale: quia vt iam dictū
eſt/ euū angeli nihil aliud eſt ab exiſtentia angeli. Item non eſt de ratione eui vt ſit
duratio/ principium habens ſine fine: vt pleriqꝫ ſentiunt: ſiue em̄ exiſtentia angeli
habeat finem ſicut habet principiū/ ſiue neutrum habeat: nihil minus dicitur euū
ſicut ⁊ exiſtentia alioꝝ permanentiū que habent principium ⁊ finē. Tertia menſu/

Tempus

ra eſt tempus: qđ primo habet menſurare motum ⁊ omnes actiones ſucceſſiuas:
entia vero permanētia nō mēſurat/ niſi per accidens. i. inquantū ſubiecta ſunt mo

Quō q̇es menſurat̄ tempore.

tui. Menſurat etiam tempus quietem: vt dictum eſt in capitulo de quiete: ſed ſo/
lum per accidens ⁊ priuatiue: vnde ſicut ſi eſſet ſpaciū vacuū/ mēſuraretur eiſdem
dimenſionibus priuatiue/ quibus mēſuratur plenum poſitiue (vacuum em̄ ſi eſſet
non haberet dimenſiones poſitiuas/ ſed ſolum potentiales) ita in ꝓpoſito quies
menſuratur eodem tempore priuatiue quo motus mēſuratur poſitiue. Unde ſicut

Quare ī inſtāti nō fit motus neqꝫ q̇es. Inſtans.

non poteſt aliquid moueri in inſtanti (vt ſupra dictum eſt) ita nec quieſcere. Cuius
ratio ẜm philoſophū eſt iſta: quia moueri eſt aliter ſe nunc habere ꝗ prius: ⁊ hoc
aut ẜm locū/ aut ẜm quantitatē/ aut ẜm qualitatem: quieſcere vero eſt ſimiliter ſe
habere nunc ſicut prius: ſed in inſtanti non eſt aliquod prius vel poſterius/ ſed ſo/
lū in tꝑe: ergo ⁊c. Ultima mēſura vocat̄ inſtans: q̄ primo habet mēſurare mutata
eſſe: hoc eſt īdiuiſibilia copulatiua ⁊ terminātia partes motꝰ: ⁊ mutatiōes inſtan
taneas/ ſicut gn̄atiōes ⁊ corruptiōes: ⁊ ꝑ accidēs mutabilia: inquātū ſcꝫ habēt eſſe
ſub mutato eſſe vł mutatiōe inſtātanea: de quo magis patebit in capitulo de nūc.

Tempus etiam eſt motꝰ quidam regulariſſimus numeratus
ab ipſa anima ſcđm prius ⁊ poſterius.

Differūt regulari/ tas ⁊ vni formitas motus.

Ponitur ſecūda diffinitio tēporis. Ad cuius declarationē notandū eſt
ꝑmo: ꝙ regularitas motꝰ ex alio ſumit̄ ꝗ vniformitas. Nā
regularitas motus ſumitur ex hoc ꝙ mobile eque velociter mouetur pro qualibet
parte temporis. Uniformitas vero ex eo ꝙ mobile eque velociter mouet̄ in oībꝰ
ſuis partibus. Ex quo patet: ꝙ poteſt eſſe motus vniformis qui non eſt regularis/
⁊ ecōtra. Primū patet: quia motus lapidis deorſum eſt vniformis: q̇a oēs eius
ꝑtes eq̄ velocit̄ mouent̄. Scđm patet de motu celi: q̄ licet nō ſit vniformis (q̇a ꝑtes
celi circa polos tardius mouentur ꝗ ꝑtes celi circa zodiacū: Nam partes celi ꝓ/
pinque polo minorem circulū deſcribunt/ ꝗ ille que ſunt circa zodiacum/ in equa

li tpe)tñ eſt regularis: q̃a nulla pars velocius mouet̃ vno tēpore q̃ꝫ alio: ſaltē habendo reſpectū ad ꝓpriū centrū vniuſcuiuſq̃ꝫ orbis. Inter motus aūt orbiū celeſtium motus p̄mi mobilis eſt regulariſſimus: ⁊ ideo etiā ponit̃ p̄mꝰ/ ⁊ regula ſeu metrū oīm alioꝝ motuū: vt patet ex. viij. phyſicoꝝ. Et de hoc ſolo intelligit̃ p̄ſens diffinitio: q̃ poſita eſt ſm opinionē eoꝝ qui tenent tempus nihil aliud eſſe realiter/ q̃ꝫ motū p̄mi mobilis: nō abſolute/ ſed vt in eo anima numerat prius ⁊ poſterius: ita ꝙ p̄us ⁊ poſterius in motu vt numerata ab aīa/ ſunt ipſum tempus. ¶ Pro hac opinione eſt illud Cōmē. Si nulla aīa eſſet/ nullū tempus eſſet. Et ad Ariſto. qui negat tēpus eſſe motū/ dicūt ꝙ verū eſt quātū ad eſſe formale qꝺ habet tēpus ab anima: ſed nō quātū ad eſſe materiale: imo vt ſic/ realiter eſt ipſe motus primi mobilis. Hec aūt opinio licet videatur probabilis: tamen quia eſt cōtra intentionem Ariſto. ⁊ habet in ſe quandā latentē cōtradictionē: in hoc ꝙ ex vna parte cōcedit tēpus eſſe paſſionē ⁊ menſurā cuiuſlibet motus: vt habetur ex. iiij. phyſicoꝝ. Et ideo oportet: ꝙ tēpus dicat aliquid aperte rei diſtinctū a motu/ etiā ſecluſa quacunq̃ꝫ aīa: ⁊ ex alia parte ponit tempus nō habere eſſe aliquid diſtinctum a motu ſiue anima. Ideo dico aliter: ꝙ ſecluſa q̃cunq̃ꝫ anima tēpus habet eſſe reale diſtinctum a motu etiā p̄mi mobilis. Et ideo cōcedo cū Ariſto. hanc eſſe falſam: tēpus eſt motus regulariſſimus ſeu p̄mus: propter hoc: quia ſicut nulla paſſio in abſtracto predicatur de ſuo ſubiecto quacūq̃ꝫ predicatione/ ſic nec econtra: ⁊ etiā ꝓpter rationes philoſophi: quibus probat tempus non eſſe motū/ ſed aliq̃d motus. Ad auctoritatē aūt Cōmen. dicentis: ſi nulla anima eſſet/ nullū tempus eſſet: verū eſt q̃tū ad eſſe cognitū ſeu diſcretum partium eius: ſed hoc accidit nature temporis.

Utrū tempus diſtinguat̃ realiter a motu.

Quare hec eſt falſa: tēpus eſt motus

¶ Sed reſtat dubiū: Utrū tempus ſit aliud a quātitate ſucceſſiua ſeu duratione motus primi mobilis: vel eſt idē ꝙ ipſa quātitas qua motus primi mobilis eſt formaliter quantus ⁊ ſucceſſiuꝰ. Utraq̃ꝫ pars videt̃ ꝓbabilis. Qꝫ eñ alia ſit propria quātitas motus q̃ꝫ tempus/ expreſſe dicit Ariſto. v. metaphy. ⁊ idem videtur tenere Sco. ibidē: ⁊ in. ij. diſt. ij. q. ij. Alia etiā pars/ ꝙ quātitas ſucceſſiua motus non ſit alia q̃ꝫ tempus: videtur eſſe ſententia Ariſto. in p̄dicamentis: vbi ſolū tempus ponit quantitatē ſucceſſiuam: ⁊ hoc expreſſe dicit Scotus. xlviij. diſt. iiij. q. ij. his verbis: Tempus non eſt in motu celi ſicut vna quantitas in alia quantitate: quia nō eſt ponere tales duas quātitates in eodē ſubiecto: quaꝝ vna ſit quaſi ſubiectū ⁊ altera quaſi paſſio: ergo tempus vltra motū (vt motus includit ꝓpriā ſucceſſionem) non addit niſi rationem mēſure formaliter. ¶ Ex quo ſequitur primo: ꝙ aliter habet ſe tempus ad motum primi mobilis: ⁊ aliter ad alios motus. Nam ad motū primi mobilis habet ſe vt paſſio ⁊ menſura: ad alios vero motus ſolum habet ſe vt menſura/ ⁊ non paſſio: Sicut quātitas vlne habet ſe ad vlnā/ ſicut paſſio ⁊ menſura: ad pannū vero habet ſe ſolū vt mēſura/ ⁊ nullo modo vt paſſio. Sequitur ſecundo: ꝙ ſiue teneatur ꝙ tempus ſit idem qꝺ quātitas ſucceſſiua motus p̄mi mobilis: ſiue ponatur quantitas motus eſſe alia ab illa que dicitur tempus: Neutro modo quātitas illa eſt de eſſentia motus: ſiue capiatur motus materialiter ꝓ forma ſcꝫ fluente in motu: ſiue formaliter pro reſpectu moti ad mouens: qui eſt in genere paſſionis. Sicut eñ quātitas permanens non eſt de eſſentia quanti permanentis: licet ſine ea nunq̃ꝫ ſit realiter: ſic etiā quātitas ſucceſſiua motus non eſt de eſſentia motus: licet nunq̃ꝫ motus ſit ſine ipſa. Et hoc eſt verū accipiendo motum illis p̄dictis duobus modis. Nā ſi accipiat̃ motus pro ipſo fluxu ſucceſſiuo/ ſic nihil aliud eſſet q̃ꝫ illa quātitas ſucceſſiua. Ultimo ſequitur: ꝙ non oportet multiplicare tēpora ſm multiplicationē motuū: q̃a tēpus vt dictū eſt/ ſolū eſt paſſio ⁊ menſura intrinſeca motꝰ p̄mi mobilis. Alioꝝ aūt motuū eſt mēſura extrinſeca: ⁊ ideo Ariſto. dicit idē tēpus eſſe in celo/ in terra ⁊ in mari. ¶ Notādū ſecūdo: ſicut priꝰ ⁊ poſteriꝰ in motu cauſant̃ a p̄ori ⁊ poſteriori ſpacij vł forme in q̃ eſt motꝰ: ita priꝰ ⁊ poſterius tēporis cauſantur a priori ⁊ poſteriori motus: ſicut etiam ſupra decla-

Utrū tempus diſtinguatur a quātitate ſucceſſiua motꝰ.

Qꝫ non ſunt plura tēpora ſimul.

Prius ⁊ poſterius cõformiter ſe habent in tpe/motu ⁊ magnitudie.

Prius ⁊ poſteriꝰ i motu capiunt̃ tripliciter.

ratum eſt de quantitate ⁊ diuiſibilitate in ptes integrales: ⁊ ideo prius ⁊ poſteriꝰ conformiter accipiuntur in magnitudine/motu ⁊ tẽpore: ſicut ⁊ diuiſibilitas. Nã ſi diuidat̃ magnitudo in qua ſit motus/in partem priorem ⁊ poſteriorem: ita conformiter diuidetur motus ⁊ tempus menſurans eundem motum. Uerbi gratia: ſi fiat motus continuus per duas leucas in duabus horis/ diuiſa magnitudine in priorem ⁊ poſteriorem leucam in aliquo indiuiſibili copulãte illas leucas adinuicem: ſimul ⁊ conformiter diuidetur motus in partẽ priorem/ que ſit ſuper priorem leucã: ⁊ in partẽ poſteriorem/que ſit ſuper poſteriorem leucã: ⁊ ſimiliter diuidetur tẽpus in priorem horam ⁊ poſteriorẽ. ¶ Ultimo notandũ: ꝙ cũ prius ⁊ poſteriꝰ ſint relatiua: ⁊ in relatiuo aliud eſt relatio/aliud fundamẽtum/aliud ſubiectũ: vt ſimili ſimilitudo eſt relatio/qualitas fundamentũ: corpus autẽ in quo eſt q̃litas/ ſubiectũ. Ideo prius ⁊ poſterius in motu poſſunt capi tripliciter. Uno modo pro relatione prioritatis ⁊ poſterioritatis: ⁊ ſic prius ⁊ poſterius in motu nec ſunt motus nec tempus. Secũdo capiuntur pro fundamento ſeu proximo denominato illius relationis: ⁊ ſic prius idem eſt qꝺ quãtitas partis prioris motus: ⁊ poſterius idem ꝙ quãtitas partis poſterioris. Hoc modo conceditur: ꝙ prius ⁊ poſteriꝰ in motu ſunt tempus: tenẽdo tempus eſſe quãtitatẽ ſucceſſiuã motus: ſicut cõmunit̃ tenent Scotiſantes ſm intẽtionem Sco. xlviij. diſt. iiij. q. ij. Tertio modo poſſunt accipi pro ſubiecto/ſeu remoto denominato: ⁊ ſic prius eſt prior pars motus/⁊ poſterius poſterior pars motus: ⁊ ideo non ſunt tempus/ſed motus.

Item tempus eſt menſura motus ſecundũ prius ⁊ poſterius

Qꝺ ſic patet: quia motꝰ localis eſt ſuper magnitudine: que habet ptẽ ante ⁊ poſt: ⁊ ille due ptes dicunt̃ reſpectu medie partis: Mobile aũt qꝺ mouet̃/eſt quoddã diuiſibile: ⁊ eſt in potẽtia ad renouationẽ vbi/loci ⁊ ſitus: ⁊ hec potẽtia diuiſibilis eſt ſm diuerſas ptes magnitudinis vbi/loci ⁊ ſitꝰ. Et cũ ipſa ſit diuiſibilis: ⁊ cuiuſlibet diuiſibilis ſit aliqua mẽſura: ergo exitꝰ illiꝰ potentie ad actũ erit aliqua mẽſura: ⁊ talis mẽſura eſt tẽpꝰ.

Ponitur tertia diffinitio tẽporis: que in ſenſu coincidit cum prima: vt dictũ eſt. Nã numerus in prima diffinitione idem eſt ꝙ mẽſura. Dicit̃ tñ cõiter/ꝙ hec diffinitio ſit materialis reſpectu prime: ita ꝙ habeat ſe vt concluſio demonſtrata per primam. Cuius diffinitionis declaratio ex dictis circa primam ⁊ ſecundam diffinitiones clara eſt: ⁊ ideo ab eius vlteriori declaratione me cõtineo. ¶ Autor etiã probat eã premiſſis quattuor ſupppoſitiõibꝰ. Prima Ois motꝰ localis eſt in ſpacio quod habet partẽ porẽ ⁊ poſteriorẽ/⁊ mediũ copu-

lãs illas ptes. Hec em̃ tria ſunt de rõne cuiuſlibet cõtinui: vt ſupra dictũ ē de diuiſione motus. Secunda ſuppoſitio: Omne qđ mouet̃ eſt diuiſibile: q̃a ſm Ariſto. vj. phyſi. indiuiſibile non poteſt per ſe moueri: quod quomodo verũ eſt/ expoſitũ eſt ſupra. Tertia ſuppoſitio: Om̃e mobile localiter eſt in potentia triplici: vicȝ ad renouationem vbi/loci ⁊ ſitꝰ. Cuius ratio eſt: quia niſi eſſet in potẽtia ad illa tria/ non poſſet moueri ad ipſa: quia motus eſt actꝰ entis in potentia ſm ꝙ eſt in potẽtia. Circa qđ cõſyderãdũ: ꝙ mobile nõ eodẽ modo eſt in potentia ad illa tria. Nã vt dictũ eſt ſupra: motus localis eſt in potẽtia ad vbi/ſicut ad terminũ intrinſecũ: ad locũ vero ⁊ ad ſitum ſeu poſitionem/ſicut ad terminũ extrinſecũ. Solum em̃ illud dicitur terminus intrinſecus motus/quod eſt eiuſdem eſſentie cũ motu materialiter ſumpto. Quarta ſuppoſitio: Predicta potentia: hoc eſt/ motus localis eſt diuiſibilis ſm diuiſionẽ magnitudinis/vbi/loci ⁊ ſitus. Hoc patet ex vj. phyſico. vbi dicit̃: ꝙ motꝰ/tẽpꝰ/magnitudo in qua fit motꝰ/⁊ terminus ad quẽ cõformiter diuidunt̃: vt declaratum eſt circa textum precedentem: ⁊ ſupra circa illum textum: omne quod mouetur/ mouebatur ⁊ mouebitur. Premiſſis iſtis ſuppoſitionibus probat̃ ſic diffinitio ex tex. Cuiuſlibet diuiſibilis eſt aliqua menſura: ſed motus eſt diuiſibilis/vt patet ex ſuppoſitionibus: ergo ipſius motus eſt aliqua mẽſura: ⁊ nõ põt eẽ alia q̃ȝ tẽpꝰ: q̃a oportet mẽſurã eſſe hõgeneã: hoc eſt ꝓportionabilẽ ſuo menſurato/ex. x. metaphy. ſed motꝰ eſt cõtinuus ⁊ ſucceſſiuꝰ: ergo oꝑtet mẽſurã eiꝰ eſſe cõtinuã ⁊ ſucceſſiuã: ⁊ tale nihil videt̃ eẽ aliud ꝑter tẽpꝰ: ergo tẽpꝰ eſt mẽſura motꝰ ſm priꝰ ⁊ poſteriꝰ: hoc eſt/inquantũ in ipſo eſt aliquid prius ⁊ aliquid poſterius.

Termin⁹ intrinſecꝰ motus.

Et ſicut ipſum quod fertur vel mouetur in motu ſuo/eſt vnum ⁊ idẽ ens: habens tñ comparationes ad partes magnitudinis ſcȝ reſpectu termini a quo ⁊ reſpectu termini ad quẽ: ita idẽ eſt nũc ſcđm ſubſtantiam/ quod adiacet ei qđ fertur: ⁊ non habet idẽ eſſe ſcđm qđ fluit a poſteriori in prius: quem fluxum habet a cõtinuo proceſſu ipſius mobilis a parte priori in partem poſteriorẽ. Et ſic patet ꝙ nunc eſt ſubſtantia temporis: q̃a tẽpus nihil aliud ē niſi ipm nũc fluxu ſuo ſuſcipiẽs eẽ cõtinuũ. Nihil em̃ ē accipe de tpe niſi nũc: qđ em̃ ꝑteritũ ē nõ ē/ſȝ fuit: ⁊ qđ futurũ ē nõdũ ē/ſȝ erit. Nũc duobꝰ modis accipit̃: ſcȝ ꝓ nũc qđ

De Nũc.

eſt ſubſtantia temporis: de quo iam dictū eſt: ⁊ pro nūc quod eſt terminus temporis: non tamen ſimpliciter/ ſed in compara-tione temporis ad intellectum/ vel ad aliquem motum parti-cularē. Et nunc quod eſt ſubſtantia temporis/ proprie dicitur inſtans/ quaſi non ſtans: ſed nunc quod eſt terminus tempo-ris/ retinet proprie hoc nomen nunc.

In hoc textu autor determinat de ipſo nunc ſm opinionē cōmunē quā ſemꝑ ſequitur: quā etiā hic expreſſit ꝑ quinq̃ ꝓpoſitiões/ quas ponit hic de ipſo nunc. Prima: Sicut mobile in toto motu mouet idē ſm ſubſtantiā: aliud ⁊ aliud habens eſſe in priori ⁊ poſteriori parte motus: ita nunc quod adiacet mobili ſicut menſura ſuo menſurato/ eſt vnū ſm ſubſtantiā in toto corpore: aliud ⁊ aliud ha-bens eſſe ſm ꝙ fluit a priori in poſterius. Secūda ꝓpoſitio que ſequitur ex ꝑma: Nunc eſt ſubſtantia temporis: ad cuius ꝓbationē inducit tertiā ⁊ quartā ꝓpoſi-tiones. Tertia eſt hec: Tēpus nihil aliud eſt/ niſi nūc. Quarta: Nihil eſt accipere de tempore/ niſi nūc: cuius etiā ꝓbatio patet in textu. Quinta ꝓpoſitio: Nūc ca-pitur dupliciter ⁊c. vt in textu. ¶ Contra ꝑdictas ꝓpoſitiões. Uidētur eſſe tales nec ad intentionē Ariſto. poſite. Q̄ᵭ ꝑma ſit falſa ꝓbat̄ duab⁹ rationib⁹ Ariſto. in .iiij. phyſi. quaꝝ prima eſt. Illa dicunt̄ ſimul tempore/ q̄ ſunt in eodē indiuiſibi-li tēporis: igitur ſi inſtans idem ſm ſubſtantiā eſt in toto tēpore: ſequit̄ ꝙ ea q̄ ſūt preſentia ⁊ que fuerunt ante milleſimū annū/ eſſent ſimul. Secūda ratio: Cuiuſli-bet cōtinui finiti ſunt duo termini diſtincti etiā ſm ſubſtantiā: quia impoſſibile eſt idem ſm ſubſtantiā eſſe finē quātitatis ⁊ principiū eiuſdem. Accepto ergo aliquo tēpore finito: oportet ꝙ aliud ſit inſtans ſm ſubſtantiā/ quod eſt ꝑncipiū illius tē-poris: ⁊ aliud/ quod eſt finis eiuſdem. Si ad hanc rationē reſpondet̄: ꝙ eſt aliud ⁊ aliud nūc ſm eſſe/ ſed eſt idē ſm ſubſtantiā: Contra/ ſi manens idē ſm ſubſtantiaꝫ habet aliud ⁊ aliud eſſe ſm que diuerſa eſſe terminat ante ⁊ poſt: ſequitur ꝙ nunc nō per ſe/ ſed per accidens (ſcꝫ per diuerſa ſui eſſe que ſibi accidūt) terminat tēpus. Conſequēs eſt falſum: quia oīe indiuiſibile quod eſt de genere quātitatis/ vel eſt per ſe termin⁹ cōtinui/ vel pars diſcreti: Nūc eſt de genere q̄ntitatis: ⁊ nō eſt pars alicui⁹ diſcreti: ergo oportet ꝙ ſit terminus per ſe alicuius cōtinui: ⁊ nō poteſt eſſe alterius/ niſi tēporis: ergo ⁊c. ¶ Q̄ᵭ etiā hec ꝑma ꝓpoſitio ſit cōtra intentionem Ariſto. probo ex ꝓprietatib⁹/ quas ponit Ariſto. de ipſo nūc: quaꝝ hec eſt prima. Nunc menſurat tempus ſm prius ⁊ poſterius: hoc eſt/ inquantū diſtinguit prius a poſteriori. Et accipienda hic menſura nō quo ad certificationē quantitatis men-ſurati: ſed quo ad cognitionē prioris ⁊ poſterioris in ipſa. Secūda: nunc quod di-ſtinguit prius a poſteriori/ eſt idem ſm ſubſtātiā: eſſe aūt ipſius diuerſum eſt. Cui⁹ ꝓbatio eſt ibidē: quia nūc ſimiliter ſe habet cū eo quod fert̄: quo motum cognoſci-mus/ ⁊ prius ⁊ poſterius in ipō. Hoc aūt quod fert̄/ vnū eſt ſm ſubſtantiā: aut em̄ eſt lapis aut aliquid aliud: ratione vero diuerſum/ in eo ꝙ alibi ⁊ alibi eſt. Ex hac ſecūda ꝓprietate ⁊ eius probatiōe accepit autor noſter ꝑmā propoſitionē. Sed ꝙ

Utrū idē ſit inſtās in toto tē pore.

Quinq̃ proprieta tes ipſius nunc.

illa propoſitio ſit p̄ter intentionē Ariſto. patet. Nā nō vult Ariſto. ibidē/ nūc manere in toto tempore: quia oppoſitū ſequit̄ ex eius dictis. ſed qꝛ quodcūqꝫ nūc conſyderatū ſm ſe eſt idē: ⁊ hoc dicit̄ idem ſm ſubſtantiā: conſyderatū autē in ordine ad preteritū/ cuius eſt finis: ⁊ ad futurū/ cuius eſt initiū: dicit̄ habere diuerſuꝫ eſſe. Et ad hoc declarandū eſt illud ſimile de mobili: per quod in motu cognoſcimus prius ⁊ poſterius: quod dicit̄ eſſe idem ſm ſubſtantiā/ diuerſum aūt ſm eſſe. Ubi Philoſophus nō loquit̄ de mobili abſolute/ vt precedit mutationē: vt ex ſequentibus ꝓprietatibus magis erit manifeſtū: ſed de mobili vt eſt ſub vna mutatiōe/ ſeu vt mutatū eſt. Nam ſm eſſe illius mutationis cōſyderate in ſe/ eſt idē ſm ſubſtantiam: ⁊ eſt aliud ſm eſſe: hoc eſt: vt ſub illa mutatione terminat preteritū ⁊ initiat futurū: ⁊ ſm hoc dicit̄ alibi ⁊ alibi eſſe: nō quidē actu/ ſed in vno vbi medio inter extrema: inquantū terminat motū ſm prius vbi/ ⁊ inchoat motū ſm poſteri⁹ vbi. Tertia ꝓprietas: Nunc nō eſt ſine tēpore/ nec econtra: ſicut mobile cuius eſt nunc menſura/ nō eſt ſine motu/ nec econtra. Quarta: nunc cōtinuat ⁊ diſtinguit tēpus ſicut mobile cōtinuat ⁊ diſtinguit motū/ ⁊ punctus lineam. Quinta: nunc non eſt pars temporis: ſicut mobile nō eſt pars motus/ nec punctus linee. ¶ Ex his etiā proprietatibus/ ⁊ maxime ex tertia manifeſtum eſt ꝙ Philoſophus hic nō loquitur de mobili ſm eius eſſe abſolutū/ quo precedit motū: qꝛ hoc modo poteſt eſſe ſine motu: nec eo modo nunc eſt menſura ei⁹/ nec aliquid pertinens ad tēpus: ſed potius euum: vt ſupra dictū eſt circa primā diffinitionē tēporis. Ubi etiā dictū eſt nunc eſſe menſurā mutati eſſe: cui conuenit cōtinuari ⁊ diſtinguere partē priorem ⁊ poſteriorē motus. Loquit̄ ergo Phūs de mobili preciſe vt mutatum eſt ex vno vbi in aliud: ſicut paulo ante declaratū eſt. ¶ Quibus declaratis/ dico ꝙ propoſitio prima vt ſit vera/ exponenda eſt ad intentionem ꝓprietatis ſecunde: ⁊ hoc ſm intentionē Sco. ij. diſ. ij. q. ij. Contra quā poſitionē obijcio rationē Ariſtote. quā probat vbi. ſ. idem inſtans manere in toto tpe ſic: Si non maneret idē inſtans in toto tēpore: ſed eſt aliud ⁊ aliud: et qꝛ duo nūc nō poſſunt eſſe ſimul: ſicut neqꝫ due partes equales tēporis: oportet ꝙ precedens nunc corrūpat̄ adueniente poſteriori. Aut ergo corrumpit̄ in ſeipſo: aut in aliquo poſteriori. Non in ſeipſo: qꝛ tūc eſt alias ſimul eſſet ⁊ nō eſſet. Neqꝫ in alio ſequenti: qꝛ cū illud ſequens nō ſit immediatum nunc corrumpendo: propter hoc qꝛ nō poſſunt eſſe duo indiuiſibilia īmediata in aliquo cōtinuo: vt probat Ariſto. vj. phyſi. neceſſario inter illud nūc ſequēs ⁊ nunc corrumpendū mediaret tēpus: quod nō eſt ſine nunc/ ex tertia proprietate: immo in quolibet tpe ſunt infinita nunc. Et ideo ſequit̄ ꝙ illud nunc corrūpendū eſſet ſimul cū illis infinitis nunc illius tpis medij: quod eſt impoſſibile. Et confirmatur hec ratio: qꝛ ſi nunc corrumperet̄: vel corrumperet̄ quādo eſt/ vel qñ nō eſt. Non primū: qꝛ ſimul eſſet ⁊ nō eſſet. Non etiā ſecundū: quia quod nō eſt/ nō corrūpitur. Reſpōdeo ꝙ inſtans ꝓprie nō corrumpit̄: quia dicit Ariſto. ij. meta. aliqua quandoqꝫ eſſe ⁊ quādoqꝫ nō eſſe ſine generatione ⁊ corruptione: qualia ſunt punctus ⁊ inſtans. Accipiēdo autē generationē ⁊ corruptionē cōiter/ cōcedit̄ inſtans generari ⁊ corrumpi. Unde inſtans (ſicut ⁊ quodlibet quod raptim tranſit) ſimul generat̄ ⁊ corrumpit̄: ſimul incipit eſſe ⁊ deſinit eſſe: ⁊ corrumpit̄ in ſeipſo: ⁊ qñ eſt. Nec ex hoc ſequit̄ ꝙ ſimul eſſet ⁊ nō eſſet: nā in his que ſubito fiunt (vt pulchre declarat Sco. xij. q. ij.) hec verba incipit ⁊ generat̄/ debent exponi ꝑ poſitionē preſentis ⁊ negationē p̄teriti: deſinit vero ⁊ corrūpit̄/ in ipſis exponunt̄ ꝑ poſitionē preſentis ⁊ negationē futuri. Unde hec ꝓpoſitio/ inſtans incipit eſſe vel generat̄/ ſic exponit̄: inſtans eſt ⁊ nunqꝫ prius fuit: ⁊ iſta/ inſtans deſinit eſſe vel corrumpit̄/ exponit̄ ſic: inſtans eſt ⁊ poſtea nō erit. Et ex hac expoſitione patet ꝙ nō ponit̄ idē ſimul eſſe ⁊ nō eſſe. ¶ Secunda ꝓpoſitio. ſ. ꝙ nunc ſit ſubſtantia tpis: eſt cōtraria quinte ꝓprietati ipſius nunc: ideo ſimpliciter neganda: ſicut em̄ punctus non eſt ſubſtantia linee: nec mutatū eſſe eſt ſubſtantia motus: ſic neqꝫ nunc eſt ſubſtantia

De generatione ⁊ corruptione inſtantis.

temporis: ſemper eñ terminus eſt extra eſſentiam continui/ cuius eſt terminus.

De fluxu nunc.

¶ Tertia ꝓpoſitio patet ꝙ ſit falſa ex falſitate precedentis: imo addit aliquid cõtrariũ poſitioni Ariſto. videlicet ꝙ nũc flueret. Nam nunc eſt indiuiſibile: fluxus aũt eſt motus: indiuiſibile aũt nõ põt ꝑ ſe moueri/ ſm intentionẽ philoſophi in. vi. phyſi. vt. ſ. declaratũ eſt. Itẽ ſi nunc flueret: ⁊ fluxu ſuo cauſaret tẽpus/ vt quidam imaginant: oporteret fluxũ illũ cũ ſit motꝰ/ mẽſurari tpe. Quare ſequit ꝙ aut idẽ menſurabit ſeipſum/ ſi ille fluxus ſit tẽpus: aut dabit tẽpus anteꝗ͂ cauſet ꝑ illum fluxũ: quoꝝ vterqꝫ eſt falſum. ¶ Quarta ꝓpoſitio accipit ex Ariſto. viij. phyſi. ⁊ poteſt habere vnũ ſenſum verũ/ aliũ falſum.

Quõ nihil accipitur de tpe niſi nunc

Senſus falſus eſt iſte: nihil eſt accipere de tpe quod nobis coexiſtat/ niſi nunc. Nam aliqua pars tẽporis/ immo infinite nobis coexiſtunt: ſed in quodã fieri ⁊ ſucceſſione: tunc eñ tẽpus exiſtit qñ fit. Ratio aũt huius ꝙ nõ ſolũ nunc/ ſed etiã tẽpus nobis coexiſtit/ eſt: qꝛ vt priꝰ dictũ eſt/ inſtantia in tpe nõ ſunt ſibi ĩmediata: ſed poſt inſtans ſuccedit tẽpus: ⁊ iterum tẽpori ſuccedit inſtans: ſic ꝙ inter quelibet duo nunc/ cadit tempus mediũ: ⁊ inter quelibet duo tẽpora/ cadit nunc. Alius ſenſus ꝓpoſitionis eſt iſte: nihil eſt accipere de tẽpore qđ totũ ſit ſimul/ niſi nunc: ⁊ ſic eſt vera ꝓpoſitio. Nam quodcũqꝫ tẽpus accipiat: vna pars eius eſt preterita/ ⁊ alia futura: vt dicit in textu. ¶ De quinta ꝓpoſitione patet iam quid ſit dicendũ. Omne eñ nunc eſt continuatiuũ vel terminatiuũ tẽporis: nullũ autẽ nunc eſt fluens: vt patet ex his que dicta ſunt circa tertiam ꝓpoſitionẽ: niſi forte imaginatũ. Sicut eñ imaginamur ex fluxu puncti cauſari lineã: ita imaginamur nunc fluere ⁊ fluxu ſuo cauſare tẽpus: neuter tñ iſte fluxus poteſt eſſe realis/ vt patet ex dictis: ſed ſolum imaginatus. Et ideo ꝓ eodẽ accipitur inſtans ⁊ nunc. Interpretatio autẽ qua dicit inſtans quaſi nõ ſtans: non arguit fluxum inſtantis/ ſed eius nõ permanentiã: nam inſtans ſubito tranſit.

Eſſe ĩ tpe dr̃ q̃ttuor modis.

Nota: aliquid dicit eſſe in tempore quattuor modis. Primo ſicut in ſubiecto: ⁊ iſto modo paſſiones tẽporis ſunt in tẽpore: ſicut longum/ breue/ multũ/ paucum. Secundo ſicut id quod eſt de ſubſtantia tẽporis: ⁊ ſic nõ eſt in tempore. Tertio modo ſicut terminans in ſuo terminato: ⁊ ſic nunc ſignatũ eſt in tpe. Quarto ſicut in numero: ⁊ hoc dupliciter. Uno mõ abſolute: alio modo ſcðm cõparationẽ. Abſolute adhuc duobus modis: ſcilicet per prius ⁊ poſterius. Per prius eſt in tẽpore ſicut motus/ ⁊ mobile inquantũ eſt in motu: ꝑ poſterius ſicut quies

⁊ quieſcens. Per prius adhuc duobus modis: vel quia menſurat̃ toto tẽpore/ ſicut motus celi: vel parte tẽporis/ vt motus particularis. Per comparationẽ aliquid dicitur eſſe in tẽpore vt deus ⁊ intelligentię prout cõparantur ad res temporales.

Comparat tempus ad ea que ſunt in tẽpore ⁊ que menſurant̃ tẽpore: Enumerans varios modos/ quibus aliqua ſunt in tẽpore: qui modi patẽt in textu. Sed ad maiorẽ eorundem cognitionẽ declarabo tres modos eſſendi in tpe: poſitos ab Ariſto. iiij. phy. ſub quibus omnes iſti poſiti ab autore cõtinent̃. ¶ Tripliciter itaqꝫ aliqua poſſunt eſſe in tpe. Primo coexiſtẽter q̃ ſunt q̃n tempus eſt/ vt oĩa eterna: ⁊ iſte hic in fine textus vocat̃ ꝑ cõparationẽ. Scđo/ q: eſt aliquid tpis: puta paſſio/ aut pars/ aut terminus. Et in hoc claudunt̃ tres primi modi poſiti in textu. Sed in ſecundo mõ autor exẽplificat ẽm opinionẽ eoꝝ q̇ dicũt nunc eſſe ſubſtantiã tpis: qđ oſtenſum eſt. s. eſſe falſum: ⁊ ideo potius ibi exẽplificandũ eſt cũ Ariſto. de partibus tpis: vt ſunt prius ⁊ poſterius. Tertio mõ aliq̇d eſt in tpe ſicut in numero ſeu in menſura: q: ſcꝫ menſurat̃ tpe. Et iſte modus eſt ꝓprius: nã ꝓprie eſſe in tpe eſt menſurari tpe. Hoc mõ motus/ quies/ ⁊ oĩa mobilia ⁊ quieſcibilia ſunt in tpe: licet differẽter. Nã motus eſt in tpe ꝑ prius ſeu poſitiue: ⁊ ſimiliter mobilia vt ſunt in motu (qđ ideo addit̃: nã id quod eſt mobile ẽm ſuũ eſſe abſolutũ/ mẽſurat̃ euo: vt. s. dictũ eſt) quies aũt ⁊ quieſcibilia vt q̇eſcibilia menſurant̃ tpe ꝑ poſterius ſeu priuatiue. Plura de hoc dixi. s. circa primam diffinitionẽ temporis. ¶ Addit etiã autor/ ꝙ motus celi aliter tpe menſurat̃ q̃ȝ motus hoꝝ inferiorũ: q: motus celi toto tpe menſurat̃. Nã tẽpus eſt coeternũ motui celi: ita ꝙ motus celi ⁊ tẽpus ſimul inceperũt/ ⁊ ſimul deſinẽt ẽm veritatẽ fidei catholice: vel vtrũqꝫ eſt ſempiternũ: vt nitit̃ ꝓbare Ariſto. viij. phy. ſed nõ ꝓbat ẽm rei veritatẽ. Nã in oĩbus ſuis ratiõibus ſupponit aliquã ꝓpoſitionẽ falſam vt patet intuenti eius rationes/ ⁊ ſolutiones earũ quas ibi expoſitores pleriqꝫ ſolent afferre. Motus aũt particulares ſeu hoꝝ inferioꝝ menſurant̃ nõ toto tpe/ ſed parte tpis: vt hora/ die ⁊c̃. Alia differẽtia menſurationis a tpe motus celi ⁊ alioꝝ poſita eſt. s. circa ſecũdã diffinitionẽ tpis. ¶ Ultimo ꝯſyderãdũ eſt: ꝙ ẽm Ariſt. due cõditiões req̇runt̃ ad h̃ vt aliq̇d ſit ꝓprie in tpe. Prima/ ꝙ ꝯtineat̃ a tpe ſicut menſuratũ a menſura: ⁊ ideo eterna ꝓprie nõ ſunt in tpe. Secũda/ ꝙ patiat̃ aliq̇d ſub tpe: conſueuimus eñi dicere ꝙ in tẽpore oĩa ſeneſcunt ⁊ tabeſcunt: vt dicet̃ circa vltimũ textũ huius tractatus. Et ideo entia que nõ poſſunt aliter ſe habere/ ſeu neceſſaria: ſimiliter ea que nõ poſſunt eſſe/ vt impoſſibilia: nõ ſunt in tempore.

Eſſe in tẽpore exiſtentis.

Eſſe in tẽpore ꝓpe

Differẽtię tẽpoꝝ ſũt tres: p̃ſens p̃teritũ ⁊ futuꝝ. Pręteritũ tp̃s eſt qđ nũc nõ ẽ/ ſed prius fuit. Pręſens ẽ qđ ẽ finis p̃teriti ⁊ initiũ futuri cõtinuati ad inſtãs. Futurũ tẽpus eſt qđ nõ eſt/ ſed erit.

Differentie tẽporũ

Utrū ſit aliq̄d tē/pus p̄ſens

Ponit tres differentias tēporis/ ⁊ earū diffinitiones: que clare patent ex textu. Sed hic eſt conſyderandū: q̄ licet cōmuniter dicat̄ preſens nō eſſe tempus ꝓprie/ſicut preteritū ⁊ futurū: ſed ſolum inſtans indiuiſibile/copulans preteritū cū futuro: vt etiā hic dicit̄ in textu: q2 dicit̄ in. viij. phyſi. q̄ nihil habemus de tēpore niſi nunc. Aliqui tñ ꝓbabiliter tenent: q̄ preter tēpus preteritū ⁊ futurū/ ponendū eſt tēpus preſens/ a preſenti nunc vtriuſq̄ nō multū diſtans: quod habet partes in eſſe ſucceſſiuo. Quod probant tripliciter. Primo: quia alias preſens nō eſſet differentia tēporis/ſi nullū eſſet tempus preſens. Secundo: quia ſi nullū tempus poſſet eſſe preſens/nullū etiā poſſet eſſe preteritū vel futurū: quia preteritū eſt quod nūc nō eſt preſens/ſed prius fuit: ſimiliter futurū eſt quod nunc nō eſt preſens/ſed erit. Tertio: q2 nunq̄ id quod eſt futurū/tranſit in p̄teritū niſi ſit prius preſens: ſi ergo nullū tēpus poſſet eſſe preſens/nullo modo tēpus futurū poſſet tranſire in preteritū. Ad autoritatē aūt philoſophi reſpōdent/ſicut. ſ. dictū eſt: q̄ de tpe nihil habemus niſi nūc: verū eſt q̄ habeat eſſe totū ſimul: ſed p̄ter hoc habemus nobis coexiſtens tēpus in quadā ſucceſſione partiū eius.

Item nota: tempus eſt magis cauſa corruptionis q̄ generationis propter mutationem corporū naturaliū: quam menſurat tempus: quia facit diſtare a principio: quod enim antiquatur et ſeneſcit/prope interitum eſt.

Quare tēpus eſt mag⁹ cauſa corru/ptiōis q̄ gn̄atiōis.

Ponit proprietas temporis: que ſolet numerari ſexta/ ſi addatur ad illas quinq̄ que declarate ſunt ſupra circa primā diffinitionē temporis ⁊ eſt hec: Tempus eſt magis cauſa corruptionis q̄ generationis. Quam probat Ariſto. dupliciter. Primo ſigno tali: quia ꝓpter tempus fit obliuio/⁊ nō ſciētia: nec aliquid ꝓpter tēpus factū eſt nouū aut bonū: ſed omnia tpe tabeſcunt ⁊ corrūpunt̄. Secūdo ratione que ponit̄ in textu: quia tranſmutatio (cuius tēpus eſt mēſura) facit corpora naturalia diſtare a principio/hoc eſt a naturali ſua diſpoſitiōe: omne aūt tale antiquat̄/ſeneſcit ac tendit ad interitū ⁊ corruptionē. ¶ Sed dices: Tranſmutatio nō ſolū facit rem diſtare ab vna diſpoſitiōe ſeu forma: ſed etiā facit eam accedere ad aliā diſpoſitionē ſeu formā: ergo tēpus p tranſmutationē/ cuius eſt mēſura/nō magis eſt cauſa corruptiōis q̄ generationis: qm̄ p tranſmutationē nō fit corruptio alicuius forme in re/niſi ſit generatio alterius. Rn̄deo q̄ trāſmutationi ex ſe cōuenit vt faciat corruptionē p̄cedentis forme ſeu diſpoſitionis: ſed q̄ p eandē tranſmutationē ſit generatio alterius forme/hoc nō cōuenit tranſmutationi p ſe: ſed ratione agētis/ q̄d determinat illā tranſmutationē ad hāc formā quā intendit. Exemplū in tranſmutatione ſubſtātiali aeris: cui cōuenit ſm ſe vt faciat diſtare aerē a ſua forma: ſed ſi eadē trāſmutatio in materia aeris corrupti/inducit formā ignis vel aque: hoc eſt virtute agētis intendentis hanc formā/ ad quā etiā trāſmutationē determinat. Nō fit eñ gn̄atio noue forme ſine agēte extrinſeco: q̄d habet virtutē ꝓductiuā illius forme: corruptio aūt cōtingit etiā ſecluſo q̄cūq̄ corrūpente extrinſeco: ⁊ talē corruptionē maxime dicim⁹ fieri a tpe: vt ſi aīal moriat̄ nō occiſum ferro/nec aliq̄ violentia ab extrinſeco illata: ſed ſolo ſenio. ¶ Ad cui⁹ meliorē intelligētiā notandū ſm Sco. xix. diſ. ij. due ſunt cauſe in gn̄e corruptiōis intrinſeca ⁊ extrinſeca. Intrinſeca ē duplex. Prima qñ corrūpit̄ ab intrinſeco ꝓpt̄

Cauſe corruptiōis intrinſece

actionem mutuā contrariorū in ſe: vel propter actionē intenſam vnius intrinſeci in aliud: et hoc modo accidit corruptio naturalis inaīatis: nō propter actionē elementi in elementū / vel propter aliquam qualitatē elementarē actiuā vel paſſiuā: quia nec elementa nec eorū qualitates manent in mixto: vt dicetur in ſequēti tractatu / capitulo de mixtione: Sed propter actionem vnius partis organice in aliā partē corrumpēdo ipſam: vt corpus fiat indiſpoſitū ⁊ inhabile ad animationem. Iſta autem ponitur actio caloris naturalis in humidum radicale / corrumpentis ⁊ conſumentis humidum: ad cuius corruptionem vel conſumptionem ſequitur corruptio ipſius caloris naturalis / ⁊ per ꝯſequens animalis: vt patet de igne ⁊ oleo in lāpade: ⁊ de hoc plus dicet̄ in tractatu ſequēti / capi. de augmentatione. Alia cauſa intrinſeca corruptiōis eſt ſubtractio alimenti vel hmōi: vt patet. Cauſa etiā extrinſeca corruptiōis eſt duplex. Prima ꝓpter diſpoſitionē cōtrariā contināetis. Secūda ꝓpter violentiā illatā ab aliq̄ extrinſeco. Ex prima cauſa fit tripliciter corruptio. Primo / qñ cōtinens directe corrūpit cōtentū: vt ignis corp⁹ qđ cōtinet. Secūdo / qñ cōtinēs nō directe corrūpit: ſed ꝓhibet illud qđ eſt neceſſarium vt aqua corrūpit animal: qꝛ prohibet reſpirationē. Et iſta ſunt cito corrumpentia Tertio / quando cōtinens nō cito corrumpit: vt aer intēperate regionis. Materia autē qua res poteſt eſſe ⁊ non eſſe (vij. meta.) ⁊ priuatio que ſemper machinatur in maleficiū forme (ī. phyſi.) ſunt cauſe corruptibilitatis in potentia remota: propter quā cauſam Theologi ponentes in celo materiā eiuſdē rationis cū materia hoꝝ inferiorū / dicunt celū vt ſic eſſe corruptibile in potentia remota: ſicut dictuꝫ eſt in capitulo de priuatione. ¶ Ultimo notandū ꝙ aliquid poteſt eſſe cauſa corruptionis vel generationis tripliciter. Primo modo illud quod trāſmutat paſſum paſſum: vt ignis qui naturaliter corrumpit in paſſo approximato formā contrariaꝫ ſibi: ⁊ generat ſimilē. Alio modo / quia applicat traſmutans: ſicut homo dicit̄ cōburere domū q̄ applicat ignē domui. Hoc etiā mō motus ſolis in zodiaco eſt cauſa generatiōis ⁊ corruptiōis in iſtis inferioribus ſm philoſophū. ij. de generatione: quia adducit ⁊ reducit generās / ſcꝫ ipſum ſolē. Tertio modo aliq̄d dicitur eſſe cauſa corruptiōis / qꝛ eſt illud in q̄ cōtinuat̄ applicatio cōtrarij ⁊ ipſa trāſmutatio a cōtrario: ⁊ ſic tēpus eſt cauſa corruptionis: vt iā prius declaratum eſt.

Extrinſeca cauſa corruptionis.

Quō materia et priuatio ſūt cauſe corruptiōis.

Triplicit̄ aliq̄d dicit̄ cauſa gñatiōis vel corruptionis:

Secundus tractatus paruuli philoſophie / libris de generatione et corruptione Ariſtotelis correſpondens.

Elementum dicitur multis modis. Uno modo qđ eſt principiū artis cōplexum: vt omne totū eſt maius ſua parte. Secundo dicit̄ elementum qđ eſt principiū cuiuſlibet in qualibet ſpecie: et ſic littere dicuntur principia vocis. Tertio dicitur elementū princi

Elementi acceptiones.

piū cuiuſlibet corporis mixti: et ſic diffinitur: Elementū eſt ex quo cōponitur res primo: et eſt in eadem: et non diuiditur ſm̄ ſpeciem in aliam ſpeciem: vt in mixtione aque: cuius quelibet pars eſt aqua: et ſic de alijs elementis.

Iſte ſecundus tractatus paruuli philoſophie naturalis habet idē ſubiectū cū libris de generatiōe ⁊ corruptiōe Ariſto. q̄b⁹ correſpōdet: videlicet
Trāſmu/tationes ad formā corp⁹ naturale vt eſt trāſmutabile ad formā. Tranſmutationes aūt ad formā dicuntur/ per quas deperditur vel acquirit̄ aliqua forma abſoluta: vt ſunt omnes alie p̄ter motū localē: per quē ſolum acquirit̄ in mobili reſpectus ad locū q̄ dicit̄
Diuiſio vbi. ¶ Habet aūt iſte tractatus duas partes: quarū prima eſt de elementis / correſpondens ſecundo libro de generatione. Secūda de omni trāſmutatiōe naturali/ correſpondēs p̄mo libro. Prima pars diuidit̄ in tres particulas. In p̄ma ponit tres acceptiones elementi. In ſecūda numerū ⁊ diſtinctionē elementorū. In tertia determinat de q̄litatibus p̄mis q̄bus diſtinguunt̄ elemēta. In p̄ma itaq̄ particula (q̄ accepta eſt ex. v. meta.) primo ponuntur tres acceptiones elementi. In p̄ma continentur propoſitiōes/ quarū veritas p̄ſupponitur in ſcientia: q̄ vel ſunt per ſe note/ vel ſola experientia cognite/ aut ex ſcientia ſuperiore accepte: ⁊ dicuntur principia cōplexa ſcientiarū: de q̄bus in ꝓlogo huius opuſculi facta eſt mentio. In ſecunda acceptione cōtinent̄ p̄ma principia ſimpliciter materialia vniuſcuiuſq̄ rei in ſua ſpecie: vt materia prima in ſubſtantia: littere in voce: ⁊ ſic ꝺ alijs In tertia continentur corpora ſimplicia ex quibus immediate fit mixtū: vt terra aqua/ aer/ ⁊ ignis. ¶ Deinde ponit̄ diffinitio elementi: in qua ponūtur tres cōditiones req̄ſite ad elementū. Prima/ ꝙ habeat rationē cauſe materialis: ⁊ hoc dat̄ intelligi cū dicitur in diffinitione: ex quo cōponit̄ res primo. Per hoc aūt qꝺ addit̄/ primo: vult Cōmen. oſtendere hanc diffinitionē dari nō de elemēto tertio mō dicto/ ſed de materia prima ex qua ſola res fit primo: ⁊ eadē eſt ſententia Scoti: qꝺ etiā cōfirmant alie ꝯditiones. Nā per ſecundā oſtendit̄ ꝙ elementū maneat in re cui⁹ eſt: ⁊ ꝑ tertiā ꝙ habeat ſpeciē indiuiſibilē in alias ſpecies. Utraq̄ hec conditio vere cōuenit materie p̄me q̄ manet in re: ⁊ nullo modo pōt diuidi in alias ſpecies: cū ſit p̄ncipiū ſimpliciter primū. Corporib⁹ aūt ſimplicib⁹ neq̄ ſecūda ꝓprie cōuenit cōditio: nā ipſa nō manēt in mixto formaliter/ ſed ſolū virtualiter: vt patebit in fine huius tractatus: neq̄ tertia. Nam licet illa corpora dicantur ſimplicia: vt ſimplicitas opponitur mixtioni: nō ſunt eñ mixta: nō ſunt tamen ſimplicia vt ſimplicitas opponit̄ cōpoſitioni: ſunt eñ vere cōpoſita ex materia et forma: ideo diuidi poſſunt in diuerſas ſpecies: hoc eſt/ in materiā ⁊ formā: que cū ſint diuerſarū rationū/ poſſunt dici diuerſe ſpecies: quo mō etiā Ariſto. in. j. phyſi. dicit materiā ⁊ priuationē differre ſpecie. Concludo igitur hanc diffinitionē ſm̄ eius verā expoſitionē dari de materia prima: ⁊ ideo potius de elemento ſecundo modo q̄ȝ tertio modo. Sanctus aūt Thomas quē imitat̄ noſter autor/ tenet predictā diffinitionē elementi cōuenire corporibus ſimplicibus / et non materie prime: qꝺ maxime oſtendere nititur ex vltima eius particula: in qua vult Ariſto. vt elementū habeat ſpeciem indiuiſibilē in alias ſpecies. Materia eñ cū non ſit directe in genere non habet ſpeciem: Corpora vero ſimplicia habent ſpeciē: ⁊ licet diuidi poſſint in

materiã ⁊ formã: qꝛ tñ materia ⁊ forma nõ ſunt ſpecies/ſed partes ſpeciei: ideo nõ diuidunt̃ in aliã ſpeciẽ. Nec etiã vt ipſe vult/ alie priores ꝑticule diffinitionis elementi repugnant corporibꝰ ſimplicibꝰ. Ex ipſis eñ cõponit̃ mixtũ p̄mo: nõ q̃dem p̄mo ſimpliciter/ſed primo in gñe corporũ: qꝛ ipſa ſunt corpora p̄ma: nã nõ cõponuntur ex alijs corporibus/ſed ſolũ ex materia ⁊ forma: q̃ nequaq̃ ſunt corpora. Ad ſaluandã aũt ſecũdã ꝑticulã/ ſufficit ꝙ aliq̃ modo vt virtualiter maneant in mixto. Scd̃m hãc igit̃ opinionẽ datur hec diffinitio de elemento tertio modo dicto. Et per p̄mã eius particulã excluduntur principia extrinſeca ⁊ forma: de q̃bus ꝓprie nõ dicitur vt ex ipſis aliq̃d fiat. Per ſecũdã excludit̃ priuatio: ex qua licet res fiat/vt ex immuſico fit muſicũ: tñ priuatio nõ manet in re facta/ſed abijcit̃ adueniẽte forma ei oppoſita. Per tertiã particulã excluditur materia prima/ſm̃ intentionẽ ſancti Thome: vt dictũ eſt: vel corpora ſimplicia/ſm̃ aliã opinionem.


Et ſunt quattuor: ignis/aer/aqua/terra: q̃ determinant̃ a quattuor qualitatibꝰ primis: vt eſt caliditas/ frigiditas/ ſiccitas/et humiditas. Ignis eñ eſt calidus ⁊ ſiccus: aer calidus ⁊ humidus: aq̃ frigida ⁊ humida: terra frigida ⁊ ſicca. Quattuor p̄dicte q̃litates ſex faciũt cõbinationes: quarũ q̃ttuor ſunt poſſibiles: due vero impoſſibiles. Dicũtur aũt qualitates prime: qꝛ non fluunt ab alijs: ſed alie fluunt ab ipſis. *Elemẽtorũ numerus.*

In hac ſecunda particula determinatur numerus elemẽtorũm. Et ponitur diſtinctio eorũ abinuicem per combinationes primarum qualitatum: vt clare patet in textu. ¶ Pro quorum clariori cognitione notandũ primo: ꝙ ſm̃ Ariſtotelem .ij. de generatione/quattuor qualitates prime ſunt principia formalia conſtitutiua ⁊ diſtinctiua elemẽtorum. Quod eius dictum accipiendum eſt/conſyderando elementa vt ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicẽ: quo modo philoſophus ea conſyderat: non autem conſyderando elementa metaphyſice: vt ſunt quedã ſubſtantie compoſite ex materia ⁊ forma ſubſtantiali/abſtracte ab omni motu ⁊ tranſmutatione: quia vt ſic/conſtituuntur ⁊ diſtinguuntur per ſuas formas ſubſtantiales a priori. ¶ Notandum ſecundo ſm̃ Ariſto. vbi ſupra: tria requiruntur ad principia formalia elementorum. Primũ/vt ſint differentie corporum tangibilium vt tãgibilia ſunt: hoc eſt/ꝙ ſint qualitates tactu perceptibiles: per quod excludũtur ſenſibilia aliorũ ſenſuũ. Secundo ꝙ ſint actiue ⁊ paſſiue adinuicẽ: per quod grauitas ⁊ leuitas excluduntur. Tertio vt in ſua generatione non reducantur ad aliquas priores qualitates: ⁊ ideo groſſum ⁊ ſubtile/durum ⁊ molle/ lubricum et ariduꝫ/aſperum et leue principia formalia elementorum eſſe non poſſunt. Omnia hec tria cõueniũt calido et frigido/ſicco et humido: hec enim ſunt qualitates tan

Quõ q̃litates prime ſũt p̄ncipia elementorũ.

Ratio p̄marũ q̃litatum.

gibiles actiue ⁊ paſſiue adinuicē/nec reducuntur ad alias: ⁊ ideo etiā dicuntur pri me. ¶ Pro quo notandū tertio: qualitates ſunt duplices: prime ⁊ ſecunde. Prime: que in ſui generatione nō reducuntur ad alias priores/nec ad ſeinuicē: hoc eſt ꝙ nō generentur per actiones aliarū qualitatū: vt ſunt quattuor predicte: q̄ dicuntur prime non ſimpliciter: nā lux lumen ⁊ alie qualitates corporum celeſtiū priores ſunt illis ac ipſas generant: ſed in genere qualitatum tangibiliū/ vel in ordine ad q̄litates corporum generabiliū ⁊ corruptibiliū: nam lux horū inferiorum et alie qualitates eorū/poſteriores ſunt illis quas diximus primas. Secunde qualitates dicuntur que generātur ⁊ corrumpuntur naturaliter actione vel paſſione p̄marū qualitatū adinuicem: vt colores/odores/ſapores: et omnes alie qualitates corporū generabiliū/preter quattuor primas. ¶ Notandū quarto: quodlibet elementū determinat ſibi duas qualitates primas: vnā in eſſe intenſo: ⁊ alterā in eſſe remiſſo: vt ignis eſt primo calidus/ ⁊ ſecundo ſiccus: Aer primo humidus/ et ſecundo calidus: Aqua primo frigida/ſecundo humida: Terra primo ſicca/ ſecundo frigida. Et ſi dicas: cōtra/aqua magis humectat q̃ aer: vt patet ad ſenſum: ergo aer non ē primo humidus: q2 qđ eſt primo tale/eſt maxime tale. Reſpōdeo dupliciter. Uno modo ꝙ illa primitas qua aer eſt primo humidus/nō dicitur reſpectu aliorū elementorū/ſed reſpectu alterius qualitatis que eidem conuenit ſecundo. Alio modo concedendo ꝙ illa primitas reſpiciat alia elemēta: ⁊ ꝙ aer eſt magis humidus q̃ aqua. Sed ꝙ aqua magis humectat: hoc eſt ratione maioris dēſitatis materie in aqua q̃ aere: ratione cuius fortificatur eius actio. ¶ Ultimo notandū: p̄dicte quattuor prime qualitates poſſunt cōbinari ſex modis: ſed duo illorū modorū ſunt incōpoſſibiles propter cōtrarietatē extremorū: q̄tuor vero poſſibiles cōſtituūt elemēta: vt dictū ē. Que cōbinationes qualitatū primarū vtiles ſunt: non ſolū ad diſtinctionē elementorū/ſed etiā partiū anni/ventorū principalium/cōplexionū/etatū ⁊ aliorū plurium: vt patet in hac figura.



Calidum eſt congregatiuū homogeneorum/ ⁊ diſgregatiuum ethrogeneorū: congregat eñ aurum cū auro/ ⁊ diſgregat ferrū ab auro. Frigidum eſt congregatiuū homogeneorū ⁊ ethrogeneorum: cōgregat eñ aurum cum auro ⁊ argentū cū auro. Humidum eſt quod male eſt terminabile termino proprio: bene autē termino alieno. Unde patet ꝙ aer eſt humidior aqua: qr magis fluxibilis eſt. Siccum eſt quod bene eſt terminabile termino proprio: male autē termino alieno. De natura pma⸗ ꝗlitatū.

In tertia particula oſtenditur natura primarū qualitatū dupliciter: primo ꝑ diffinitiones earū: ſecundo per ꝓprietates. Diffinitiones clare patent in textu: ⁊ dantur ꝑ naturales ꝓprietates ipſarū qualitatū. ¶ Pro quarū maiori intelligentia/ conſyderandū eſt primo: ꝙ quia calidū ⁊ frigidū (vt ex ſequēti textu patebit) ſunt qualitates actiue: humidū vero ⁊ ſiccū paſſiue: ideo calidū ⁊ frigidū cōuenienter diffiniunt̄ per congregare ⁊ diſgregare/ que importāt actionē: humidum vero ⁊ ſiccū ꝑ terminari/ quod importat paſſionē. ¶ Conſyderandū ſecūdo: ꝙ licet cuiuſlibet agentis naturalis ſit tm̄ vna operatio principalis/ que īmediate ipſum conſequit̄: vt calidi calefacere/ frigidi frigefacere. Unde dicit̄. ix. metaphy. ꝙ potentie irrationales/ hoc eſt naturales ſunt determinate ad vnū. Et in. ij. de generа. Idem inquantū idem nō eſt aptum facere niſi idem. Tamen vnius agentis naturalis poſſunt eſſe multe operationes ſecundarie/ que procedūnt ab ipſo mediante prima: vt calidum per ſuam calefactionem rarefacit/ dilatat/ ſubtiliat/ digerit/ conſumit/ ſegregat ethrogenea/ hoc eſt res diuerſarum naturarum: et congregat homogenea/ hoc eſt ea que ſunt vnius nature: vt calidum ignis ſegregat metalla diuerſarum naturarum: ⁊ congregat ea que ſunt vnius nature. Cuius ratio eſt: quia calidum ſeparat purum ab impuro/ ſubtile a groſſo: ⁊ groſſum tanꝙ grauius deſcendere facit/ ſubtile autē tanꝙ leuius aſcendere: ⁊ quāto leuius fuerit ac ſubtilius/ tanto altius eleuat̄: leuiſſimū autē omnibus ſuperfertur/ ſicut ⁊ grauiſſimū omnibus ſubſtat: hoc itaꝗ modo diſſimilia ſeparat: ſimilia vero coniungit. Calidi opaitões

Per oppoſitū autē intelligendū eſt de frigido. Nam frigidū frigefaciendo cōtrahit/ conſtringit/ ingroſſat: ⁊ omnia que poteſt contrahere/ ſiue ſint eiuſdē nature/ ſiue diuerſarū/ congregat: ac cōtraria operationibus calidi facit: contrariarū enim cauſarū contrarij ſunt effectus: vnde queadmodū calidū mouet a centro: ita frigidum ad centrū: calidū eñ cauſat leuitatē/ frigidū vero grauitatē: quod etiā manifeſtum eſt in naturali locatione elementorū. Elementa eñ calida ſubtilia ſunt ⁊ leuia ac ſurſum locata: frigida vero groſſa ⁊ grauia ac deorſuz poſita. Et omnia pre⸗ Frigidi opatiões

dicta intelligenda ſunt de operationibus calidi ⁊ frigidi: que eis per ſe ſeu per naturã ꝓpriã cõueniunt. Nam qñq₃ frigidũ ꝑ accidens calefacit/⁊ calidũ frigefacit vt patet de ventribus animaliũ/ſimiliter de fontibus ⁊ omnib⁹ locis ſubterraneis: hec em̃ omnia in hyeme ſunt calidiora propter frigus circũſtans: quod poros corporis in ſuperficie claudit cõſtringendo: ⁊ calidũ ab exterioribus ad intra cõpellit ac fortificat ꝑ antipariſtaſim: hoc eſt ꝑ iuxtapoſitionẽ cõtrarij: omnis nãq₃ virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa: ⁊ ſemꝑ contrariũ iuxta ſuũ contrariũ poſitũ/fortificat ſe ad reſiſtendũ illi. In eſtate vero ꝓpter calorẽ circũſtantẽ pori corporũ aperiuntur ꝑ dilatationẽ: ⁊ calidũ intrinſecũ relinquens interiora/ diſpergit̃ ꝑ partes exteriores: ⁊ calori extrinſeco quodãmodo cõgaudẽs exhalat: ac ita interiora fiũt frigidiora. ¶ Cõſyderãdũ tertio: ꝙ humiditatẽ cõſequit̃ mollities ⁊ fluxibilitas ⁊ ꝓpter mollitiẽ facile cedit tangenti: ⁊ facile figurat̃ a quolibet extrinſeco: ꝓpter fluxibilitatẽ vero nõ poteſt ex ſua natura partes ſuas continere/ ne diffluant abinuicem. Ideo ſequit̃ ꝙ humidũ male eſt terminabile termino ꝓprio ꝓpter fluxibilitatẽ: ſed bene termino alieno. i. cõtinentis extrinſeci. Et ex hoc infert̃ correlarie in textu/ꝙ aer eſt humidior aqua: q̃r eſt fluxibilior. Oppoſitũ autẽ eſt de ſicco: nã ſiccitatẽ conſequit̃ quedã durities: et ideo ſiccũ bene terminat̃ termino ꝓprio/ſed male alieno. Ex quibus duabus diffinitionibus ſequit̃: ꝙ humidum facile recipit omnẽ impreſſionẽ extrinſecã: ſed eam nõ bene retinet: vt patet de aqua: ſiccũ autẽ nõ facile recipit impreſſionẽ extrinſecã: ſ₃ eã bene retinet: vt patet de lapide ⁊ alijs duris. ¶ Conſyderandũ vltimo: ꝙ licet terminari ꝑ ſe ſolã cõueniat quãtitati: que natura ſua habet extenſionẽ: tamẽ ꝑ accidens etiã cõuenit ſubſtantijs ⁊ qualitatibus/inquantũ ſunt quanta. Et ad hoc innuendũ diffiniunt̃ hic humidũ ⁊ ſiccũ in cõcreto/⁊ nõ abſtracto: ⁊ loquit̃ hic de termino extrinſeco. Nã quodlibet ens finitũ preter terminationẽ extrinſecã/que fit ꝑ quantitatẽ/habet aliã terminationẽ intrinſecã: que eſt a forma rei intrinſeca/vel a ꝓpria entitate. Unde ſi a ſubſtãtia quanta ꝑ potẽtiã diuinã ſepararet̃ quãtitas: illa ſubſtãtia licet nõ eſſet terminata extrinſece ꝑ quantitatẽ: tñ terminaret̃ intrinſece ꝑ ſuã formã vel entitatẽ: q̃r eſſet finita.

Quare vẽtres animaliũ ⁊ loca ſubterranea in hyeme ſunt calidiora q̃3 ĩ eſtate.

Quodlibet ens finitũ ꝑter terminationẽ extrinſecã habz aliã ĩtrinſecam.

Nota: humiditas eſt cauſa groſſiciei: quia inducit groſſiciem humorũ. Siccitas eſt cauſa ſubtilitatis: quia exiccat groſſiciẽ humorũ. Et due qualitates ſunt magis actiue/ ſcilicet calidũ et frigidum: et due magis paſſiue/ſcilicet humidum et ſiccum. Generantur autẽ et elementa ex ſe inuicem: quia ex vno pugillo terre fiunt decem ipſius aque.

Declarat natura primarũ qualitatũ ꝑ tria notabilia. In quorũ primo oſtendit humiditatẽ eſſe cauſam groſſiciei/ ⁊ ſiccitatẽ ſubtilitatis. ¶ Ad cui⁹ declarationẽ ſciendũ primo. Ingroſſatio põt cauſari dupliciter. Uno mõ ꝑ repletionẽ: ⁊ huius cauſa eſt humiditas: humidũ em̃ ꝓpter ſui fluxibilitatẽ eſt bene repletiuũ: vt dicit̃. ij. de gñatione. Alio mõ ingroſſatio fit ꝑ cõſtrictionẽ partiũ corporis: ⁊ hmõi ingroſſationis cauſa eſt frigiditas: nam frigidi eſt cõ

Ingroſſatio dupl'r cauſatur.

ſtringere: vt circa textū precedentē dictū eſt. Et ꝓpter hanc cauſam aqua groſſior eſt aere. Nam humiditas aque naturaliter eſt frigida/ ⁊ cito cōgelabilis: humiditas vero aeris eſt calida/ ſicut olei ⁊ alioꝝ pinguiū: omne eñ pingue habꝫ humiditatē aereā: q̄ eſt vnctuoſa ⁊ nō de facili cōgelabilis: ꝓpter quā diuerſitatē humiditas aerea nutrit ignē: aquea vero extinguit. Siľiter ſubtiliatio poteſt eſſe duplicit̃ Uno modo ꝑ exiccationē: ⁊ huius cauſa eſt ſiccitas. Alio mō ꝑ rarefactionē ⁊ dilatationē partiū corporis: ⁊ hec cauſat̃ a calido: cuius eſt dilatare. Et licet calido cōuenit etiā exiccare: hoc tñ nō eſt ꝑ ſe: q2 non omne calidū exiccat/ vt patet de calido aeris: ſed ſolū ꝑ accidēs/ inquantū ſcꝫ cōiungit̃ ſiccitati: vt patet de igne. Siľiter licet ſicco cōuenit ꝑ ſe ſubtiliare primo modo: ꝑ accidēs tñ/ hoc eſt ratiōe frigiditatꝭ cōiuncte/ ingroſſat conſtringendo partes: vt patet de terra/ que eſt groſſior ceteris elemētis. ¶ Sciendū ſcđo ꝓ declaratione exēploꝝ que ponunt̃ in textu de humoribus: humores in animali ſunt quattuor. Primus eſt ſanguis: cuꝰ receptacula ſunt vene. Secūdus flegma: cuius nō eſt ſpeciale receptaculū in corpore: ſed ſimul cū ſanguine currit ꝑ venas/ vt tpe neceſſitatis tranſmutet̃ in ſanguinē: nā flegma eſt ſanguis indigeſtus. Tertius humor eſt colera: que eſt duplex: quedam citrina: cuius receptaculū eſt ciſtis fellis: quedā rubea ⁊ naturalis: ⁊ hec ſimul cū ſanguine eſt in venis. Ultimus humor eſt melancolia: que eſt quaſi fex aliorum/ cognata ſenio ac morti: ⁊ ſolet a phyſicis dici nigra colera. Que etiā eſt duplex: quedā fecalis: cuꝰ receptaculū eſt ſplen: quedā naturalis: que ſimul cū ſanguine eſt in venis. Hi autē quattuor humores generant̃ in epate: vbi fit ſecūda digeſtio alimenti: vt in alio patebit tractatu. Et diſtinctio humoꝝ ſm primas qualitates/ patet in figura ſupra poſita de cōbinationibus primarū qualitatū. Uult itaqꝫ autor in textu/ ꝙ humores ingroſſant̃ humiditate: que ingroſſatio intelligenda eſt per repletionē. Nam ſi intelligat̃ quantū ad inſpiſſationē: ſic nō eſt verū: niſi ꝑ accidens ratione frigiditatis annexe. Frigiditas eñ ſic ingroſſat humores/ ac ipſos turbidos facit ſicut caliditas eoſdem ſubtiliat dilatādo/ ⁊ claros facit. Et ꝑ oppoſitū accipiendū eſt de ſiccitate: que ſubtiliat humores ꝑ demacerationē ⁊ exiccationē. ¶ Ulterius cū dicit̃: Et due qualitates ⁊c. ponit̃ ſecundū notabile de actiuitate ⁊ paſſibilitate primarū qualitatū. Et notanter addit/ magis: tam de actiuis q̄ʒ paſſiuis: omnes eñ ſunt actiue ⁊ paſſiue. Nam calidū agit ꝑ ſe in frigidū/ ⁊ ecōtra: ſimiliter humidum in ſiccū/ ⁊ ecōtra ꝓpter contrarietatē: ſed calidū ⁊ frigidū ſunt magis actiue q̄ʒ humidū ⁊ ſiccū/ ⁊ minus paſſiue ipſis: ⁊ ideo etiā ſupra calidū ⁊ frigidū diffiniebantur ꝑ cōgregare ⁊ diſgregare/ que dicunt actū: humidū vero ⁊ ſiccū per terminari/ quod importat quoddā pati. ¶ Ultimo ibi: Generant̃ aūt elementa: ponit̃ tertiū notabile. Pro cuius declaratione ſciendū: ꝙ elementū ſuperius excedit naturaliter inferius ſibi proximū ſm decuplam proportionē in raritate ſeu ſubtilitate. Et ideo cū ex elemento inferiori generat̃ ſuperius: in decupla ꝓportione ſuperioris quantitas fit maior/ q̄ʒ inferioris ex quo genitū eſt. Uerū eſt itaqꝫ ꝙ ex vno pugillo terre ꝓpter materie rarefactionē ⁊ ſubtiliationē fiunt decē pugilli aque: vel centum aeris/ ſi ex terra generet̃ aer: vel mille pugilli ignis/ ſi ignis generet̃ ex terra. Ecōtra autē ſi ex elemēto ſuperiori generet̃ inferius: erit diminutio quātitatis ſm decuplā ꝓportionē. Nā vnꝰ pugillus terre generat̃ ex decē pugillis aq̄/ centū aeris/ ⁊ mille ignis. Nā terra decies denſior eſt q̄ʒ aqua/ ⁊ centies q̄ʒ aer/ milies vero q̄ʒ ignis. De generatione elementoꝝ plura dicent̃ iuxta textū ſequentē.

Subtiliatio fit dupliciter.

Quattuor humores aialiū

Quare calidū et frigidum ſunt q̄litates magꝭ actiue.

De tranſmutatiōe naturalium. Et ꝑmo de generatiōe.

Generatio eſt duplex/ ſcilicet ſimpliciter ⁊ ſecundū quid. Generatio ſimpliciter eſt generatio ſub-

ſtantię: ⁊ diffinitur ſic: Generatio eſt trãſmutatio huius totius in hoc totum/ nullo ſenſibili remanẽte vt ſubiecto. Vel ſic: Generatio eſt expoliatio materię a forma ſubſtantiali/ ⁊ mutatio in aliam formam ſubſtantialem. Generatio ſcd̃m quid eſt quęlibet mutatio vel alteratio. Cum antẽ omnis expoliatio fiat a contrario: oportet generationem et corruptionem fieri mediantibus contrarietatibus primarũ qualitatum. Unde patet: ꝙ elementa quę in aliqua qualitate conueniunt/ facilius ad inuicem tranſmutantur/ ꝙ̃ iſta quę in nulla cõueniunt. Unde quęcunqꝫ habent ſymbolum/ velox eſt eorum tranſmutatio. Et nota ꝙ generatio vnius eſt corruptio alterius.

Iſta eſt ſecunda pars huius tractatus/ correſpõdens primo libro de generatione. In quo philoſophus determinat de tranſmutationibus naturalibus. Et habet quinqꝫ particulas. Prima eſt de generatione: ſecunda de alteratione: tertia de augmẽtatione: quarta de actione ⁊ paſſione: quinta de mixtione. Circa primũ duo facit: primo diuidit generationẽ/ ⁊ membra diuiſionis diffinit: ſcd̃o infert tria corrolaria. Primo itaqꝫ diuidit generationẽ in generationẽ ſimpliciter ſiue ſubſtantialẽ/ ⁊ in generationẽ ſm quid ſiue accidentalẽ. Ratio huius diuiſionis eſt: Nam omnis generatio eſt proceſſus a nõ eſſe ad eſſe: vt dicit̄ in poſtpredicamentis. Aut igitur illud eſſe ad quod terminat̄ generatio/ eſt ſubſtantiale: ⁊ ſic eſt generatio ſimpliciter/ que eſt ad ſubſtãtiã: vt generatio animaliũ/ plantarũ ⁊c. Aut illud eſſe ad qd̓ terminat̄ generatio/ eſt accidentale: ⁊ ſic eſt generatio ſm q̇d/ que eſt ad accidens: vt ſanatio/ dealbatio ⁊c. ¶ Ad declarationẽ huius diffinitionis notandũ ſm Ariſto. ibidem: generatio ſimpliciter ⁊ ſm quid differũt dupliciter. Primo ex parte ſubiecti: qꝛ ſubiectũ generationis ſimpliciter/ eſt ens in potentia ſimpliciter. i. ens qd̓ ens/ quod poteſt recipere formã ſubſtantialẽ: vt eſt materia prima/ que eſt ſubiectũ generationis inanimatoꝝ: vel cõpoſitũ ex materia et forma corporeitatis: ſicut fit in generatione animatoꝝ. Subiectũ vero generationis ſm quid eſt ens in actu ſpecifico: ⁊ p̱ ſubiectũ generationis intelligit̄ illud qd̓

Duplex gñatio.

Duplex differẽtia gñatiõis ſimplicit̄ ⁊ ſm q̇d.

manet ſub vtroq; termino einſdē. Secunda differentia ſumit̄ ex termino: qꝛ generatio ſimpliciter terminat̄ ad formā ſubſtantialē / que dat eſſe ſimpliciter: gn̄atio vero ẜm quid terminat̄ ad formā accidētalē / que dat eſſe ẜm quid: puta eſſe ſanū / eſſe albū ⁊c̄. Ubi notandū ꝙ terminus generationis eſt duplex. Nam cōpoſitū ex materia ⁊ forma (ẜm Ariſtote. vij. meta. ⁊ Sco. ibidē) eſt terminus principalis ſeu totalis qui generat̄ vt quod: ipſa vero forma que vnit̄ materie ꝑ generationē / ſolū eſt terminus formalis: ⁊ generat̄ ſolū vt quo.

Duplex terminus gn̄atiōis.

¶ Poſtea autor ſubiūgit duas diffinitiones generationis ſimpliciter ſeu ſubſtantialis. Prima / que eſt Ariſto. ſic exponit̄: Generatio / ſubſtantialis: eſt mutatio huius totius / ſcȝ cōpoſiti ſubſtātialis qđ corrumpit̄ in generatione: in hoc totū. ſ. ſubſtātiale qđ generat̄: nullo ſenſibili ſcilicet ſpecifico: remanente eodem vt ſubiecto: ita ꝙ nō maneat aliquod ſenſibile ſeu totū ſpecificū tanq̃ ſubiectū / qđ ſcȝ ſit compoſitū ex materia ⁊ forma ſpecifica. Et in hac diffinitione nō capit̄ totū ſyncathegorice / vt tantum valet ſicut quelibet pars: ſed cathegorice / vt idem eſt ꝙ cōpoſitū: totū eṁ compoſitū ꝓprie generat̄ et corrumpit̄ / vt paulo ante dictū eſt.

Diffinitio gn̄ationis ſimpliciter.

Ex quo ſequit̄ ꝙ in trāſmutatione ſubſtantiali inanimatoꝝ: que habent tantū vnā formā ſubſtantialē / que abijcit̄ in corruptiōe: nihil illius corrupti manet in genito / niſi materia prima: ⁊ ideo in ipſoꝝ generatione ⁊ corruptiōe ſtatim fit reſolutio vſq; ad materiā primā. Ratio: quia in ipſis forma ſubſtantialis ſpecifica immediate informat materiā primā: ⁊ omnia accidētia preſupponūt formā ſubſtantialem in materia: ideo abiecta illa forma ſubſtantiali abijciunt̄ ⁊ omnia accidentia.

Quare ī corruptione inaīa / toꝝ ſtatī fit reſolutio vſq; ad materiā pmā.

Sed qn̄ corrumpit̄ aliquod viuēs: in quo ſolo ſunt plures forme ſubſtantiales: abiecta forma ſpecifica cū omnibus accidētibus que cōſequunt̄ formā ſpecificā: nō ſolū manet materia prima / ſed etiā forma ꝑ quā conſtituit̄ corpus qđ eſt altera pars cōpoſiti / cū omnibus accidentibus que ꝓcedunt in corpore viuētis formā ſpecificā: vt mortuo hoīe videmus ad ſenſum idē corpus in numero qđ erat in viuo / ⁊ eandē quantitatē ⁊c̄. Ex quo patet ꝙ in corruptione viuētiū nō ſtatim fit reſolutio ad materiā primā: qꝛ abiecta forma ſpecifica / manet (vt dictū eſt) corpus quod habet aliquā formā ſcȝ corporeitatis vel mixti: quo corpore poſtea corrupto tandē reſoluet materiā primam: qua corruptione completa / ſtatim in illā materiā introducit̄ forma aliqua ſpecifica / vt fiat nouū cōpoſitū.

Ratio aūt quare ſolū in rebus animatis preter formā ſpecificā que eſt anima / oportet ponere aliā formā priorē / ẜm Scotū. xſ. diſ. iiij. q. iij. eſt iſta: qꝛ anima eſt actus ſeu forma corporis / ex. ij. de aīa: ideo in quolibet animato neceſſe eſt ponere illā formā qua corpus eſt corpus / aliā ab aīa ꝑ quā eſt animatū. Et nō loquor de illa qua eſt corpus / qđ eſt genus ſubalternū: nā quodlibet indiuiduū ſua forma ſpecifica eſt h corpus qđ eſt genus: omnia eṁ predicta q̇dditatiua ſumunt̄ a forma ſpecifica indiuidui. Sed loquor de corpore qđ eſt altera pars cōpoſiti: qđ nō eſt directe in genere / ſed ſolū reductiue: ſicut ⁊ anima. Et ex hoc patet ꝙ nō oportet ponere tot formas ſubſtantiales in eodē indiuiduo / quot ſunt ꝑdicata quidditatiua: de q̄ plus dicet̄ in tractatu de anīa.

Quare ī ſolis aīatis preter formam ſpecificaȝ ponit̄ alia forma ſubſtātialis.

¶ Poſtea ponit̄ ſecūda diffinitio: cuius eſt iſte ſenſus: Generatio eſt tranſmutatio per quā materia abijcit priorē formā ſubſtantialē: ⁊ recipit aliā: vt qn̄ generat̄ aer ex aqua / materia abiecta forma aque recipit formā aeris. Ubi tria ſunt notanda. Primū: ꝙ in tali tranſmutatione materie de vna forma in aliā ſunt due mutatiōes oppoſite: quarū prior eſt abiectiua ſeu deperditiua forme precedentis / que eſt corruptio: poſterior vero qua acquirit̄ forma noua / eſt generatio. Sed qꝛ nō pōt introduci noua forma in materiā / niſi precedēs abijciat̄: ideo autor indiſtincte dicit generationē eſſe tranſmutationē materie de vna forma ſubſtantiali in aliā.

In tranſmutatiōe naturali due ſunt mutationes.

Secundū: In eodē inſtanti tpis materia abijcit priorē formā / ⁊ recipit aliā: ſed nō in eodē inſtanti nature. Primū patet: qꝛ ſi in alio inſtanti tēporis abijceret̄ a materia prior forma: ⁊ in alio noua introduceret̄: cū nō ſint inſtātia īmediata: ſed inter quelibet duo inſtātia cadit tēpus mediū: vt ſupra declaratū

De iſtātī gn̄atiōis et corruptionis.

eſt ex.vj.phyſi.oporteret materiā per tempus mediū inter illa duo inſtantia ſtare ſine omni forma:quod eſt impoſſibile naturaliter:nam materia nunꝗ̄ eſt ſine morpheis ⁊ paſſionibus:hoc eſt ſine formis ſubſtantialibus ⁊ accidētalibus/ſm Ariſto.j.de generatione.Secūda pars huius notabilis patet:q2 materia naturaliter prius eſt priuata ꝗ̄ informata: ⁊ ideo eſt aliud inſtans nature in quo abijcit priorem formā/⁊ aliud in quo recipit poſteriorē.Nec eſt incōueniens vt in eodem inſtanti temporis ſint plura inſtantia nature.Nam ſicut in eodē inſtanti nature poſſunt eſſe plura inſtantia originis:vt patet de perſonis diuinis: que licet ſint ſimul natura:tamē producens precedit productā origine.Sic etiā in eodē inſtanti tēporis poſſunt eſſe plura inſtantia nature: in eodē eñ inſtanti tēporis generat̃ homo ⁊ riſibilitas eius:et tamē homo naturaliter precedit riſibilitatē ſuā.Unde iſti tres ordines:videlicet ordo tpis ſeu durationis/ ordo nature/ ⁊ ordo originis/ ſunt ſic diſtincti:ꝙ cū ordine originis poteſt ſtare ſimultas oppoſita ordini nature/⁊ tpis ſeu durationis:ſic etiā cū ordine nature poteſt ſtare ſimultas oppoſita ordini tpis quia ſeinuicem nō preexigunt nec coexigunt.De quo lege Scotū.j.diſ.ij.q.j.et in iiij.q.q.Tertiū:Illud inſtans tpis in quo forma corrumpendi abijcit̃/ ⁊ forma generandi ponitur/attribuit̃ ſm Ariſto. viij.phyſi. forme generande: ita ꝙ pro illo inſtanti ponitur eſſe geniti ⁊ non eſſe corrupti:vt ſi ex aqua fiat aer: in illo inſtanti tranſmutationis aque in aerem/aer habet primū eſſe/⁊ aqua primū nō eſſe. Sic ergo patet ꝙ corruptū nō habet vltimū inſtans ſui eſſe: licet habeat primū inſtans ſui nō eſſe.Et per oppoſitū genitū habet primū inſtans ſui eſſe:licet nō habeat vltimū inſtans ſui nō eſſe. Nam in preterito tpe precedente inſtans tranſmutatiōis corrumpēdū habuit eſſe/⁊ generandū nō eſſe:in ipſo vero inſtanti terminā̄te illud tempus in quo deſinit eſſe corrumpendū/⁊ incipit eſſe generandū: ponit̃ primum eſſe geniti/⁊ primū non eſſe corrupti.Ex quo patet/ ꝙ hec ꝓpoſitio:in hoc inſtanti aqua deſinit eſſe:ſic eſt exponenda:aqua nunc non eſt/⁊ immediate ante erat.Hec autē/aer nunc incipit eſſe:ſic exponit̃:aer nunc eſt/⁊ immediate ante nō erat.Uide Sco.xij.q.q. ¶ Deinde deſcribit alterū membrū ſupradicte diuiſionis/ſcꝫ generationem ſm quid. Ad cuius declarationē ſufficiat hoc dictum: ꝙ generatio ſm quid dicit mutationem acquiſitiuā in ſubiecto eſſe alicuius forme accidentalis: vt quando ex nō albo fit album:hoc eñ eſt cōmune omni generationi/vt terminus a quo eius ſit nō eſſe/⁊ terminus ad quē eſſe.Ex quo patet ꝙ generatio ſm quid nō conuertit̃ cū alteratione:nam generatio ſm quid non ſolum eſt ad qualitatē ſicut alteratio/ſed ad quodcūqꝫ accidens: neqꝫ vtrūqꝫ terminū habet poſitiuū: vt etiā declaratū eſt in primo tractatu/cap. de motu. ¶ Deinde autor in textu infert tria corrolaria ex diffinitionibus generationis ſimpliciter.Primū corrolariū: Generatio ⁊ corruptio fiunt mediantibus contrarietatibus primarū qualitatū. Cuius rationem hanc innuit:quia in omni generatione materia expoliat̃ forma priori/vt patet ex ſecunda diffinitione:ſed materia ſeipſam nō expoliat forma: quia eam appetit/vt dicit̃.j.phyſi. nec forma ſeipſam corrumpit in materia: quia vnūquodqꝫ appetit ſe conſeruare in eſſe: vt dicit̃.ij.de aīa.et.ij.de generatiōe: ⁊ alibi freq̄nter. Ergo requirit̃ aliquod corrumpens:⁊ hoc eſt cōtrarietas qualitatū primarū:per quas materia cōtinue trāſmutat̃:⁊ que indiſponētes eam forme habite /diſponūt eam alteri forme.Secundum corrolariū: Elementa habentia ſymbolū ſeu conuenientiā in aliqua qualitate/facilius ⁊ velocius adinuicē tranſmutant̃. Hoc corrolariū ſm Ariſto. probat̃ ſic: quia facilius eſt tranſmutare vnum ꝗ̄ multa: ſed in elementis habentibus ſymbolum non oportet trāſmutare niſi vnū/in quo contrariant̃: in nō habentibꝰ aūt ſymbolū/oportet tranſmutare duo:ergo ⁊c̃.Minor probatur:quia ex igne fit aer/tranſmutando ſiccitatē ignis in humiditatem aeris.Similiter ex aere fit aqua/ tranſmutata caliditate naturali aeris in frigiditatē aque: ⁊ ſic de alijs elemētis ſymbolizantibus; vt ſunt illa que ſunt ſibi proxima. Si aūt

Deſcꝑtio gn̄atiōis ſm quid.

Differentia int̃ generatiōeꝫ ſm q̄d et alterationem.

ex igne fiat aqua: opoꝛtet tranſmutari caliditatē in frigiditatē/ ⁊ ſiccitatē in humiditatem: ſimiliter eſt cōparando aerem ad terram. Ubi notandū ꝙ vnū elementū facilius tranſmutari in aliud/ poteſt intelligi dupliciter. Uno mō ex parte conditionis pꝛimarū qualitatū: ⁊ ſic verū eſt ꝙ in habentibus ſymbolū facilioꝛ eſt tranſmutatio: quia inter ea minoꝛ eſt cōtrarietas: ⁊ ideo etiā minoꝛ eſt reſiſtentia. Alio modo pōt hoc intelligi ex parte qualitatum ſecundarū: que ſūnt denſitas/ raritas grauitas/ leuitas ⁊c. Et ſic elementa magis cōuenientia in raritate/ facilius adinuicem tranſmutanꝛ. Et ideo ignis ⁊ terra licet habeāt ſymbolū: tamē difficillime adinuicē tranſmutanꝛ: qꝛ difficile eſt materiā ignis tantū condenſare/ quantū eſt condenſata in terra: ſiſ̄r difficile eſt materiā terre ita ſubtiliari vt eſt in igne. Ultimū coꝛrolariū eſt hoc: Generatio vnius eſt coꝛruptio alterius. Ubi notandū: ꝙ ibi poteſt eſſe duplex pꝛedicatio. Aut eñ ibi eſt pꝛedicatio foꝛmalis: et ſic coꝛrolariū nō eſſet verū: qꝛ generatio foꝛmaliter non eſt coꝛruptio. Aut poteſt ibi eſſe pꝛedicatio cōcomitatiua: vt ſit ſenſus: ad generationē vnius ſequiꝛ coꝛruptio alteri⁹: et ſic eſt verū: ſiſ̄r ⁊ econtra/ coꝛruptio vnius eſt generatio alterius. Et ſm Sco. diſ. ij. q. iij. hec ſecunda magis eſt ꝓpꝛia ꝙ̄ pꝛima: qꝛ nullū agens naturale ꝑ ſe intendit coꝛrumpere aliquid: ſed ꝑ accides coꝛrumpit quicq̄d eſt incōpoſſibile termino quē intendit: qꝛ nō pōt ꝓducere foꝛmā quā intēdit/ niſi in materia pꝛeexiſtēte: ⁊ illa materia cōmuniter eſt ſub foꝛma incōpoſſibili ei quā intēdit. Poteſt aūt illa foꝛma pꝛeexiſtens eſſe incōpoſſibilis aut ꝓpter cōtrarietatē: aut qꝛ cōtineꝛ virtualiter a foꝛma introducēda: vt patebit ex ſequēti tractatu. Ex quo patet: ꝙ ſi in materia non pꝛeexiſtat foꝛma incōpoſſibilis foꝛme generande: generatio illius foꝛme nō erit coꝛruptio alterius. Illa etiā ꝓpoſitio: coꝛruptio vni⁹ eſt generatio alterius: intelligiꝛ de coꝛruptione vltimata per quā fit reſolutio vſqꝫ ad materiā pꝛimam. Perfecta eñ vltimata coꝛruptione neceſſario generaꝛ aliud: qꝛ materia naturaliter nō exiſtit ſine foꝛma. Ex quo patet: ꝙ in moꝛte hominis: qꝛ ibi nō eſt coꝛruptio vltimata: quantū ſcꝫ ad omne cōpoſitū quod erat aliquid hominis: qꝛ adhuc remanet aliqua foꝛma ſubſtantialis/ que fuit de eſſentia hominis: ideo illā coꝛruptionē hoīs nō vltimatā/ nō ſequiꝛ generatio alterius ſubſtantie: donec ab illa materia abijciaꝛ etiā foꝛma coꝛpoꝛeitatis: ⁊ fiat reſolutio vſqꝫ ad materiā pꝛimā: vt dictum eſt. Hoc itaqꝫ modo intelligendo coꝛrolariū pꝛedictū/ eſt vniuerſaliter verū de generatione ⁊ coꝛruptione ſubſtantiali: ſm intentionē Ariſto. qui ꝑ hanc ꝓpoſitionē ſaluat perpetuitatē generationis ⁊ coꝛruptionis: licet quātitas materie ſit finita. Scdm autē veritatē fidei catholice aliter eſſet dicendū: vt patet. De generatione etiā ⁊ coꝛruptione accidētali hoc coꝛrolariū nō eſt verū: niſi foꝛte de accidentibus coꝛpoꝛalibus/ que educunꝛ de potentia materie cū motu pꝛopꝛie dicto.

Facilitas tranſmutatiōis fit dupliciꝛ.

Quomō generatio vnius eſt coꝛruptio alterius.

De alteratione.

Alteratio eſt mutatio de vna qualitate contraria in qualitatē contrariam/ vel mediam. Differt autem alteratio a generatione: quoniā alteratio eſt mutatio de qualitate accidentali in qualitatem accidentalem: ſed generatio eſt mutatio de vna foꝛma ſubſtantiali in aliam foꝛmam ſubſtantialem. Item in

alteratione manet idem ſubiectum ſenſibile: in generatione vero non. Senſibile dico/ propter materiam primam: que ꝙ uis maneat/ non tamen eſt ſenſibilis.

Secunda particula de alteratione. Ubi autor duo facit: primo diffinit alteratione͂: ſecundo ſubdit duas differentias inter generati one͂ ⁊ alteratione͂. Que omnia licet videntur eſſe manifeſta ex his que dicta ſunt cir ca textu͂ precedente͂: tamen breuiter aliqua repetendo/ duo hic ſunt conſyderanda. ¶ Primu͂ pro declaratione diffinitionis: ꝙ omnis tranſmutatio que eſt de quali tate in qualitate͂/ manente eodem ſubiecto/ dicitur alteratio: ſiue fiat inter qualita tes contrarias/ vt ex albo in nigru͂: ſiue inter medias/ vt ex rubeo in viride vel eco͂ tra: ſiue inter contrariam ⁊ mediam/ vt ex albo in rubeum vel econtra: ſiue inter re miſſam ⁊ eandem intenſam/ vt ex minus albo in magis album vel econtra. Nam inter omnes predictas qualitates poteſt eſſe alteratio. Sed dices co͂tra: Alteratio ſm philoſophu͂. v. phyſi. fit in contraria: ergo no͂ fit inter media ⁊c. quia illa non ſunt contraria: vt patet ex diffinitione contrariorum poſita in poſtpredicamentis.

Quo͂ al teratio e͂ inter con traria.

Reſpondeo: licet ſola extrema dicantur contraria ſimpliciter: tame͂ media etia͂ poſ ſunt dici co͂traria quoda͂ modo ⁊ reſpectiue: nam mediu͂ comparatu͂ vni extremo/ habet ratione͂ alterius extremi: vt dicit Ariſto. vbi. ſ. Et eode͂ modo intelligendu͂ eſt de remiſſo ⁊ intenſo in eade͂ ſpecie: et loquimur hic de qualitate accidentali/ vt eſt predicamentu͂ ab alijs diſtinctu͂. ¶ Secundu͂ ꝓ declaratione differentiarum con ſyderandu͂: ꝙ prima differe͂tia inter alteratione͂ ⁊ generatione͂ ſimpliciter/ ſumitur

Subie ctu͂ ſenſi bile.

ex parte terminorum: ſecunda ex parte ſubiectorum. Et ꝑ ſubiectu͂ ſenſibile intelligendu͂ eſt ens in actu ſpecifico: tale enim eſt ſubiectu͂ alterationis/ ⁊ oi͂s generatio͂is ſm quid: vt ſufficie͂ter circa textu͂ precedente͂ declaratu͂ eſt. Ubi etia͂ tetigi duplice͂ differe͂tia͂ inter alteratione͂ ⁊ generatione͂ ſm quid: per hoc quia alteratio ſolu͂ eſt ad q̄litate͂: ⁊ habet vtru͂q͂ extremu͂ poſitiuu͂: ita ꝙ includit duas mutationes/ ſicut ⁊ quilibet motus ꝓprie dictus: vna͂ deperditiua͂ termini a quo/ ⁊ alia͂ acquiſitiua͂ termini ad que͂. Generatio vero ſm quid non ſolu͂ eſt ad qualitate͂: ſed generaliter pot̄ eſſe ad omne͂ forma͂ accidentale͂: ⁊ ſolu͂ terminu͂ ad que͂ habet poſitiuu͂: terminu͂ vero a q̄ habet priuatiuu͂: ita ꝙ tantu͂ dicit mutatione͂ acquiſitiua͂ termini ad quem.

De aug me͂tatio͂e/ ⁊ diminu tione.

Augmentatio eſt mutatio de minori quantitate in maiorem. Diminutio vero eſt motus de maiori quantitate in minorem. Nota ꝙ augmentatio proprie dicta/ eſt tantum in rebus ani matis/ et non in inanimatis. Item ad augmentationem pro prie dictam requiritur ꝙ quelibet pars aucti ſit aucta. Item

augmentum et augmentans debent eſſe quodammodo ſimilia /et quodammodo diuerſa:ſimilia quidem in materia/ et diuerſa in formis:quoniam agentia et patiẽtia neceſſe eſt eſſe aliquo modo ſimilia/et aliquo modo diuerſa.

Tertia particula de augmentatione ⁊ diminutione:in qua autor duo facit:primo ponit diffinitionẽ augmentationis ⁊ diminutionis: ſecũdo aſſignat tres proprietates augmentationis proprie dicte/ que eſt actus anime. ¶ Ubi primo ſciendũ:ꝙ augmentatio ⁊ diminutio capiũtur dupliciter. Uno modo generaliter pro quacunqȝ maioratione quantitatis:ſiue fiat per rarefactionem et extenſionem partium/ſiue per intus ſuſceptionem alicuius extrinſeci/ ſiue per iuxtapoſitionem. Et per oppoſitum diminutio capitur pro omni minoratiõe: ⁊ hoc modo diffiniuntur in textu. Alio modo capiuntur proprie pro naturali maioratione vel minoratione corporis animati ſeu viuentis:⁊ ſic ſunt actus aĩe vegetatiue:vt patebit in tractatu de anima. Et in hac acceptione ſic diffinitur augmentatio proprie dicta: Eſt conuerſio nutrimenti in ſubſtantiam aliti/pluſqȝ ſit deperditum:facta ab anima per actionẽ caloris naturalis:vt viuens attingat ſuã debitã quantitatẽ. In qua diffinitione tangunꝉ oẽs quattuor cauſe augmentationis. Nã cũ dicitꝉ/cõuerſio:tangitꝉ cauſa formalis ſeu genus:et ꝑ hoc cũ dicitꝉ/ nutrimẽti:tangitur cauſa materialis ex q̃ fit augmẽtatio:et cũ dicitꝉ/in ſubſtantiã aliti:tãgitur ſubiectũ cui ſoli cõuenit augmẽtatio proprie dicta/qͦ ſubiectũ eſt ſubſtãtia viuentis:⁊ ꝑ hoc qͦ additꝉ/plus qȝ ſit deꝑditũ/hoc eſt cõſumptũ a calore naturali:tangitꝉ differentia augmentatiõis a nutritiõe ⁊ diminutiõe. Nã ad nutritionē ſufficit cõuerſio alimẽti in ſubſtantiã aliti:ſiue plus ſit ꝑ talẽ cõuerſionẽ reſtitutũ vt fit in augmẽtatiõe:ſiue minꝰ/qͦ fit in diminutiõe: ſiue tantundẽ/ vt fit in ſtatu medio inter augmẽtationẽ ⁊ diminutionẽ. Unde om̃e viuẽs qȝdiu viuit/ nutritꝉ: vt dicitꝉ. ĩ. de generatiõe:ſed nõ ꝑ totã vitã augetur:nec ꝑ totã vitã diminuitꝉ. Deinde cũ dicitꝉ/facta ab anima:tãgitꝉ cauſa efficiens principalis augmentatiõis. Et cũ ſubiungitur/mediante calore naturali:tangitur cauſa inſtrumentalis. Ultimo cũ dicitur/vt viuens ⁊c. tangitur finis augmentationis:ad hoc eñ augmentatio fit a natura/vt viuens ꝑ eã attingat debitã ſibi a natura quantitatẽ: nã vt dicetꝉ in tractatu de anima/omniũ a natura cõſtantiũ eſt certus terminꝰ magnitudinis augmẽti. ¶ Secũdo ſciendũ ſm Sco. xj. diſ. q. ĩ. Augmẽtationi ꝓprie dicte annectuntur quattuor alie mutationes. Prima eſt alteratio alimẽti:qͦ per multas digeſtiones alteratur anteqȝ fiat ſimile alito /et cõuertatur in ſubſtantiã eius. Secunda corruptio:qꝛ alimentũ non cõuertitur in ſubſtantiã aliti/niſi prius in ipſo forma ꝓpria/puta panis vel vini/⁊ ſic de alijs/corrũpatur. Tertia generatio extẽdendo generationẽ ad omnẽ inductionẽ forme ſubſtantialis in materiã:qꝛ in augmentatiõe materia alimenti abiecta forma ꝓpria alimẽti/recipit formã ſubſtãtialẽ aliti:puta carnis vel oſſis:nõ tñ ibi eſt proprie generatio ſimpliciter: qꝛ nõ eſt generatio alicuiꝰ ꝑ ſe ſubſiſtentis/qͦ ſcȝ nõ eſſet pars alicuius:ſed potiꝰ eſt adgeneratio vel ingeneratio:qꝛ eſt generatio partis in toto ꝑexiſtente cuiꝰ ꝑus nõ fuit Ubi ſcias ꝙ pars adueniens ꝑ nutritionẽ eſt aliq̃ modo ſimilis parti ꝑexiſtenti que infuit ꝑ generationẽ/⁊ aliq̃ modo diſſimilis. Similis in forma nõ tantũ ſpe-

Augmentatio ⁊ diminutio capiũtꝉ dupliciter.

Quattuor mutationes augmẽtationi ꝓp̃e dicte annexe.

Quare ꝑ nutritio / nē nō re/ ſtituit̄ ꝑs ita pura vt prius.

cifica/ſed etiā corporeitatis q̄ ꝓſupponitur a forma ſpecifica. Diſſimilis in hoc:qꝛ
nō eſt ita pura ſicut illa/ꝛ in virtute debilior:cuius ratio eſt:qꝛ quanto agens me
re naturale magis cōtinuat actionē in contrariū:tanto magis debilitatur eiꝰ vir/
tus:propter hoc:qꝛ omne tale agens repatit in agendo:ꝛ ita qꝛ agit in contrariū/
patitur ab ipſo:quā actionē vocat phūs corruptiuā. Ergo caro primo habita ex
generatione quāto magis agit in nutrimentū/vt contrariū:tāto magis debilitat̄
virtus eiꝰ:et ex hoc dicit̄ impurior caro. Et hoc patet ꝑ exemplū philoſophi ꝓmo
de generatiōe:quāto vinū magis egit in aquā mixtā ſibi/tāto eſt impurius: in tā
tū vt tandē propter impuritatē quaſi totū fiat aqua. Unde patet: ꝙ nō tantū ca/
ro poſterior genita impurior fit priore:ſed eadē manens in toto/poſterioribꝰ eſt im
purior ſeipſa prius:ꝛ hec impuritas in carne eſt propter imꝑfectionē qualitatum
naturaliū cōſequentiū formā ſubſtantialē que ſunt principiū alterandi alimentū:
ꝛ nō propter hoc ꝙ forma carnis intendatur vel remittatur. Ex hoc etiā patet ꝙ
q̄diu virtus cōuerſiua nutrimenti in ſubſtantiā aliti eſt ita fortis ꝙ plus alimēti
pōt cōuertere in ſubſtantiā aliti q̄ ſit deperditū:tamdiu non ſolū fit nutritio/ſed
etiā augmentū:qn̄ vero ꝓpter debilitationē nō pōt plus cōuertere q̄ ſit deperdi/
tū:tunc ceſſat augmentū ꝛ fit diminutio. Et tanta finaliter fit debilitatio virtutis
vt om̄ino deficiat:ꝛ tūc ſeq̄tur mors. Oia aūt ꝓdicta maxime eueniūt ꝓpter acti
onē caloris naturalis in humidū radicale corrūpēdo ꝛ cōſumēdo ipm̄:ad cuiꝰ cor
ruptionē ꝛ ꝯſumptionē ſeq̄t̄ corruptio ꝛ ꝯſumptio etiā caloris natural' q̄ in humi
do radicali ſuſtētat̄/ꝛ ꝑ cōſequēs aialis:vt patet d̾ igne ꝛ oleo ī lāpade. Quarta
mutatio q̄ annectit̄ augmētationi/eſt loci mutatio:qꝛ optet alimentū trahi ad ſin
gulas partes augmentandas:ꝛ id qd̾ augetur occupare maiorē locū poſt augmē
tationē q̄ ante. ¶ Poſtea autor ponit tria notabilia de augmētatione proprie di
cta. Primū:ꝙ ipſa eſt tantū in rebus animatis:ꝛ hoc patet ex diffinitiōe augmē/
tationis proprie dicte. Secundū:illius qd̾ augetur quelibet pars augetur: et hoc
ſm̄ Ariſto. verum eſt de partibus ſm̄ formā/et nō de partibus ſm̄ materiā. Ad

Pars ſm̄ formā.

cuius declarationē ſciendū ſm̄ Sco. xliiij. diſ. iiij. q. j. ꝙ pars ſm̄ formā nō eſt ipa
forma:nec pars ſm̄ materiā eſt ipſa materia:cū vtraqꝫ ſit pars integralis totius/
ꝛ vere compoſita ex materia ꝛ forma. Sed pars ſm̄ formā dicitur q̄ eſt tante quā
titatis ꝛ virtutis ꝙ ſibi poſſit cōuenire propria actio:non quidē vt ſuppoſito per
ſe ſubſiſtendi:ſed ſic propria que non tantum concurrit ad actionem totius. Sed
pars ſm̄ materiā dicitur que non eſt tante quantitatis nec virtutis ꝙ poſſit ha/
bere actionē propriā in toto:ſed pōt tantū concurrere ad actionē totius. Poteſt
eīn dari ita parua pars carnis vel oſſis/ꝙ ei nō poteſt cōpetere propria actio. Ex
quo patet ꝙ pars vna ſm̄ ſpeciem includit in ſe multas partes ſm̄ materiā. His

Quomō q̄libet ꝑs aucti au/ getur.

premiſſis patet quomodo quelibet pars aucti eſt aucta:intelligendo de partibus
ſm̄ formā/ꝛ non de partibus ſm̄ materiā. In augmentatione enim proprie dicta
traſmittitur alimentū vltimate digeſtū ad ſingulas partes/nō quantūcunqꝫ par/
uas:ſed ſolū ad illas que habent virtutē ſufficientem/vt propria actiōe poſſint ad
conſeruationem ſui tranſmutare partē alimenti in ſui ſubſtantiā: tales autē ſunt
partes ſm̄ formā ꝛ non ſm̄ materiā. Tertium notabile declarat alimentū et ali/
tū eſſe ſimilia in materia:hoc eſt/habere materiā eiuſdem rationis:ꝛ diſſimilia in
formis:propter hoc:quia ſunt actiua ꝛ paſſiua adinuicem:quia aliter alterū non
poſſet traſmutari in alterum:omnia autem talia conueniunt in materia ꝛ differūt
ſm̄ formas:oportet enim ꝙ habeant aliquam contrarietatem in formis. Simile
enim non agit in ſimile/nec patitur a ſimili. Unde etiam Ariſto. j. de generatione
et. ij. de anima dicit ꝙ alimentū debet eſſe in principio diſſimile alito:quia ſcꝫ eſt
diuerſum ab eo in forma:in fine vero ſimile:cum ſcꝫ materia alimenti abiecta for/
ma alimenti recipit formam aliti:vt iam patuit. ¶ Ultimo ſciendum ꝙ Ariſto.
ponit tres conditiones augmentatiōis proprie dicte. Prima:eius quod augetur

ꝗlibet pars augeť: vt iã paulo ante expoſitũ eſt. Et per hanc conditionẽ differt ab augmẽtatiõe improprie dicta: q̃ fit per ſolã iuxtapoſitionẽ: vt patet de augmento theſauri. Secũda: auctum ante augmentationem ⁊ poſt manet idẽ numero: ⁊ per hoc differt a generatione ſimpliciter elementi ſubtilioris ex groſſiori. Tertia/ ꝙ augmentatio fit adueniente aliquo corporeo: ſicut diminutio recedente: et per hoc differt augmentatio a rarefactione: ⁊ diminutio a conſtrictione.

De actione ⁊ paſſione.

Ad actionem et paſſionem requiritur contactus. Ideo nota ꝙ contactus dicitur multipliciter. Uno mõ in contiguis quorum vltima ſunt ſimul: ſicut ſuperficies tangit ſuperficiem: et hoc modo quicquid tangit/ tangitur. Secundo dicitur contactus ſm ſimilitudinẽ: ſm ꝙ dicimus/ res triſtabilis tangit nos Et ſm hoc non quicquid tangit/ tangitur. Tertio modo dicitur contactus in continuis: ſicut partes lineę tangũt ſe in puncto cõtinuãte. Tactus primo modo dictus neceſſarius eſt ad actionem et paſſionem.

In quarta particula determinať de actione ⁊ paſſione: ac de tacto/ ſine quo nõ fit actio ⁊ paſſio. Et ponit tres acceptiones tactus: vt oſtẽdat q̊s tactus requirať ad actionẽ et paſſionẽ: q̃ acceptiones clare patent ex textu. ¶ Ad cognoſcẽdã aũt naturã actiuorũ ⁊ paſſiuorũ adinuicẽ/ cõſyderandũ eſt ꝑmo ſm Ariſ. j. de generatione: nihil patiť ab om̃ino ſimili/ nec ab om̃ino diſſimili: ſed oportet agens ⁊ patiẽs eſſe ſimilia genere ⁊ diſſimilia ſpecie. Primũ patet: qꝛ datis duobus om̃ino ſimilibꝰ/ nõ eſt ratio quare alterũ eoꝝ ſit magis actiuũ q̃ꝫ alterũ ſecundũ ⁊ tertiũ. Patet: qꝛ cũ oĩs actio ⁊ paſſio fit ratiõe cõtrarietatis: vt ſupra patuit optet agens ⁊ patiẽs eſſe aliquo mõ cõtraria: ꝯtraria aũt nõ ſunt omnino diſſimilia: ſed ſunt ſimilia genere/ ⁊ diſſimilia ſpecie: ergo ⁊c̃. Diſſimilitudo aũt ſpeciei de q̃ hic loq̃tur phũs/ nõ ſolũ eſt capienda ſm q̃litates ſpecie differentes: q̃lis eſt inter calidũ ⁊ frigidũ: ſed etiã ſm diuerſum gradũ in eadẽ ſpecie: vt minꝰ calidũ patitur a magis calido: aut etiã ex ſolo diuerſo modo agendi q̊ cõuenit duobus habentibus eandem formam ſm ſpeciem: ⁊ in eodem gradu propter maiorez vel minorem raritatem materie. Nam calidum in eodem gradu in materia denſa fortius agit: in rara vero materia debilius. Et ideo caliditas ſi fiat in materia denſa poteſt producere caliditatem plurium gradum ſeu intenſiorem ſeipſa in materia rara. Ex q̊ patet ꝙ cõtrarietas et diſſimilitudo ſpeciei quã habẽt agens ⁊ patiẽs ſ

Quomõ agẽs ⁊ patiens debent eſſe cõtraria vel diſſimilia.

capitur valde gñaliter: vt patet ¶ Cõſyderandũ ſecũdo ꝙ agentia ſunt duplicia Quedã cõicant in materia cũ ſuis paſſis: ⁊ oĩa talia in agendo repatiunt̃. Ratio qꝛ q̃cũqꝫ habẽt eandẽ materiã/ vnũ eſt potentia aliud: vt actu calidũ eſt potentia frigidũ: ⁊ actu frigidũ eſt potẽtia calidũ: qꝛ materia vnius eſt in potẽtia ad formã alterius/ ⁊ ecõtra: ſed qð eſt potentia calidũ p̃ſente calefaciente nõ põt nõ caleſieri: et ſimiliter potentia frigidum preſente frigefaciente non poteſt non frigeſ eri: ergo calidũ calefaciẽs repatit̃ a frigido in qð agit. Ex quo patet ꝙ talia rõne forme agũt/ ⁊ rõne materie patiunt̃. Alia agentia ſunt nõ cõicantia in materia cũ paſſis: ⁊ talia in agendo nõ repatiunt̃: qꝛ vnũ non põt eſſe potẽtia aliud: nec vnũ habet in ſe aliq̇d qð recipiat formã alterius. ¶ Cõſyderandũ tertio ꝙ corp⁹ nõ agit in aliud/ niſi tangat ipm vel mediũ ꝑ qð agit: vt ignis nõ calefacit aquã niſi eã tangat vel immediate: vel mediante aliq̃ corpore qð calefactũ ĩmediate ab igne calefacit aquã ſibi immediatã. Unde dicit̃. vij. phyſi. ꝙ mouens ⁊ motũ ab eo ꝑ xime debent eſſe ſimul: ⁊ ideo bene dicit̃ in textu ꝙ ad actionẽ ⁊ paſſionẽ requiri tũr cõtactus/ ſcꝫ agentis ⁊ patientis. Iſte aũt tactus ſm Ariſto. j. de generatiõe

Duplex tactus. eſt duplex. Quidã eſt ꝓprie dictus ⁊ phyſicus: q̇ ſolũ cõuenit corporib⁹ actiuis ⁊ paſſiuis adinuicẽ: cũ eorũ vltima ſunt ſimul. Quidã tactus eſt metaphoric⁹: q̇ fit tripliciter. Primo ex parte tangẽtis: vt celũ tangit hec inferiora. Secũdo ex parte tacti: vt ignis tãgit orbẽ lune. Tertio ex ꝑte vtriuſqꝫ: vt intelligentia mouẽs orbẽ/ dicit̃ tãgere orbẽ ⁊c̃. Ex q̇bus patet ꝙ ſolũ tangentia ſe tactu ꝓprie dicto ſeu phyſico/ cũ tangunt etiã tangunt̃: qꝛ ſolũ talia in agendo repatiuntur.

De mixtione. Mixtio eſt duplex. Quedã ad ſenſum ſiue improprie dicta: ſicut quando cõponitur ordeum cũ frumento. Alia eſt ſm rei veritatẽ: et diffinit̃ ſic: Mixtio eſt miſcibiliũ alteratorũ vnio. Et nota ꝙ omnia q̃ ſunt miſcibilia/ oportet ꝙ ſint agentia ⁊ patiẽtia. Agentia in eo ꝙ diuidũt: patiẽtia in eo ꝙ diuidunt̃. Unde patet ꝙ ea q̃ nõ habẽt cõtrarietatẽ/ nõ ſunt cõmiſcibilia.

In quinta ⁊ vltima particula autor determinãs de mixtione/ tria facit: primo p̃miſſa duplici acceptiõe mixtionis/ diffinit mixtionẽ ꝓprie dictã: ſecundo declarat naturã miſcibiliũ: tertio oſtẽdit differentiã inter mixtionẽ/ cõpoſitioneꝫ

Mixtio duplex. ⁊ cõfuſionẽ. ¶ Quãtũ itaqꝫ ad primũ dicit autor mixtionẽ accipi dupliciť. Uno mõ improprie/ ꝑ iuxtapoſitione miſcibiliũ adinuicẽ ſm paruas eoꝝ partes: ſicut qñ grana ordei miſcentur granis frumenti: ⁊ in hac mixtione nõ q̃libet pars mi

Quare miſcibilia oꝑtet eẽ actiua ⁊ paſſiua adinuicẽ. xti eſt mixta: vt patet. Secundo capit̃ proprie/ qñ ſcꝫ q̃libet pars mixti eſt mixta: ⁊ hec diffinit̃ ſic ſm Ariſto. in fine p̃mi de generatiõe: Mixtio eſt miſcibiliũ alteratorũ vnio. Cui⁹ expoſitio patebit ex dicendis. ¶ Deinde autor declarat naturã miſcibiliũ ſimul ⁊ mixtiõis: dicẽs ꝙ oĩa miſcibilia oportet eſſe actiua ⁊ paſſiua adinuicẽ. Cuius ratio eſt: qꝛ in mixtione proprie dicta oportet quãlibet partẽ mixti eſſe mixtã: ſed hoc nõ põt eſſe niſi miſcibilia diuidãt ⁊ alterent ſeinuicẽ: ⁊ ideo

inquantū diuidunt ⁊ alterant/ ſunt agentia:inquantū vero diuiduntur ⁊ alterantur/ſunt paſſiua.Ex quo infertur corrolarie ꝙ omnia miſcibilia adinuicē debent habere contrarietatē in formis/⁊ conuenientiā in materia.Secūdo ſequitur ꝙ facilius diuiſibilia/vt humida/ſunt facilius miſcilia.¶.Ad qrū meliorē declaratio nē mouetur hoc dubiū:Quō elementa ſeu miſcibilia manent in mixto? Reſpondeo ẜm Sco.xv.diſtin.ij.ꝙ elementa non manent in mixto: neqꝫ ẜm ſubſtantiā intenſam/vt voluit Auicenna:neqꝫ ẜm ſubſtantiā remiſſam/vt vult Cōmētator. Ad quod probandū ſufficiat hec vna ratio:Forma cuiuſlibet elemēti cum ſit ſpecifica/conſtituit cum materia ſuppoſitū per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtātie.Si igitur in mixto eſſent quattuor forme elementorum coniuncte ſuis materijs: ſequit̄ ꝙ in mixto ex quattuor elementis erunt quattuor ſuppoſita:quod eſt falſum.Unde ⁊ Ariſto.ſoluens illud dubium/dicit ꝙ elementa aliquo modo manent:et aliq̄ modo non manent in mixto generato ex ipſis.Manent enim potentia et virtute: actū vero nō manent.Quam ſententiam Ariſto.declarans Sco. dicit ꝙ ſicut in omni genere vbi pōt inueniri medium eiuſdem ratiōis cū extremis:vt patet ex.x. metaphyſice: medium dicitur componi ex extremis:vt rubor ex albo et nigro.Et iſta compoſitio non eſt niſi naturalis conuenientia medij cum extremis:que non eſt extremi ad extremum:non ꝙ media qualitas habeat pro partibus ſuis extremas: immo eſt ita ſimplex ſicut extreme. Et ideo ſicut qualitates extreme dicuntur manere in medio:et non dicitur ꝙ extremum ſit in extremo:Ita in mixto dicūtur manere forme ſubſtantiales elementorum propter naturalem conuenientiam que eſt forme mixti cū elementis:que non eſt vnius elementi ad aliud. Dico ergo ꝙ elementa non manent in mixto/nec ẜm ſubſtantiam/nec ẜm qualitates ſuas:ſicut nec qualitates extreme manent in medio:ſed quia forma mixti eſt actualior et perfectior q̄ꝫ forma elementi:ideo elementa dicuntur ẜm virtutem manere in mixto:ſicut ſenſitiua ⁊ vegetatiua manent in intellectiua:⁊ generaliter ſicut imperfectius manet in perfectiori.Unde elementa manere virtualiter ſeu ẜm virtutem in mixto/non debet intelligi ſic ꝙ qualitates elementorum intenſe vel remiſſe maneant in mixto: ſed ſic/ꝙ in mixto ſunt ſimiles qualitates ⁊ operationes cum illis que ſunt in elementis:nam mixtū ſuis qualitatibꝰ calefecit/infrigidat/ humectat ⁊ exiccat:ſicut ⁊ elementa.Finaliter cōcludit Sco.ꝙ nihil prohibet formam mixti eque immediate perficere materiā primā ſicut formā elementi: ⁊ hoc loquēdo de immediatione perfectionis:ſic ꝙ ꝑficiat materiā non mediante alia forma: licet non ꝑficit eā immediate in mediatiōe trāſmutationis:natura eī̄ ſeruat ordinē in traſmutādo:quia forma imperfectior p̄cedit perfectionē in materia quātū ad fieri ⁊ tranſmutari.Nā ſicut in generatione aīalis prius eſt materia ſub forma ſeminis q̄ꝫ ſanguinis/⁊ ſanguinis q̄ꝫ carnis/⁊ carnis q̄ꝫ animalis:ita in generatione mixti/materia p̄us tranſmutatur ad formā elementi q̄ꝫ mixti:licet aduenientē forma mixti/nō maneat forma elemēti. ¶ Sed dices:quō pōt ſaluari diffinitio mixtionis ſupra poſita/ſi elementa non manēt ẜm ſuā ſubſtantiam in mixto? Iſte eī̄ cōſequentie ſunt bone:miſcibilia in mixto ſunt alterata:ergo nō corrupta. Similiter:ſunt vnita:ergo manēt ⁊ non ſunt corrupta:ea eī̄ que corrupta ſunt/non vniuntur:cū vnio ſupponat vnibilia habere eſſe:antecedens aūt vtriuſqꝫ ꝯſequētie habetur ex diffinitione mixtionis. Reſpondetur ẜm Sco.ꝙ alteratorū eſt p̄terītēporis:ideo bene ſtat miſcibilia prius eſſe alterata ⁊ poſtea corrupta: nā in mixtione eſt q̄dā generatio:⁊ ꝑ cōſequēs q̄dā corruptio.Ad ſecundā conſequētiam dico ꝙ in mixto miſcibilia nō ſunt vnita ẜm ſuā ſubſtantiā/ſed ẜm virtutē: ꝓpter ꝯtinentiā eoꝝ virtualē in mixto:vt dictū eſt.Ex q̄bus oībus patet quō fit mixtio oꝑtet eī̄ in mixtione eſſe alterationē miſcibiliū cū corruptione formaꝝ ſubſtantialiū eorūdē: ⁊ materia eorū vnit̄ ꝑ cōtinuationē:⁊ informat̄ vna forma mixti:q̄ cōtinet virtualiter formas ⁊ q̄litates miſcibiliū/⁊ nō in actu. Patet etiā quō diſ

Quomō miſcibilia manēt in mixto.

[V]nitio mixtionis ſit intelligenda: q̄ ſic exponitur: Mixtio/ſcȝ ꝓprie dicta: eſt vnio ſcȝ ſm virtutē: miſcibiliū alteratorū/ſcȝ prius ⁊ poſtea corruptorum.

Item differentia eſt inter mixtionem/compoſitionem et confuſionem. Compoſitio eſt quando vtrunqȝ compoſitorum manet in virtute propria: vt compoſitio ordei cum frumento. Cōfuſio eſt quando proportionantur virtutes partium: ſed non trahuntur ad certam ſpeciem. Mixtio eſt quando proportionantur virtutes: et trahuntur ad certam ſpeciem.

Vltimo ponit differentiam inter mixtionem proprie dictam/ compoſitionem ⁊ confuſionem: que omnia licet dicant quandaȝ vnionē: habent tamen in hoc differentiā: quia compoſitio eſt cum vtrūqȝ cōponentiū manet ſm ſuā propriā ſubſtantiā ⁊ virtutē: vt compoſitio dom⁹ ex lignis/lapidibus ⁊c. ſimiliter cōpoſitio hominis ex anima ⁊ corpore. Sed cōfuſio eſt rerū in ſubſtātia alteratarū: ex q̇bus nulla certa ſpecies fit in natura: vt cōfuſio vini cū aqua: in q̄ cōfuſione vtrūqȝ alterat̄: ⁊ virtus vtriuſqȝ remittit̄: tñ ex eis nulla ſpecies certa fit in natura. Nūqȝ eñ natura ꝑducit tale ens/q̄le eſt ex cōfuſione vini cum aqua. Mixtio vero proprie dicta fit/vt iā patuit: qñ nō ꝓpria ſubſtantia/ſȝ virt⁹ miſcibiliū manet in mixto (⁊ ꝑ hoc differt a cōpoſitione) ſed illis corruptis/generat̄ ex eis certa ſpēs in natura/ſcȝ mixtū: ⁊ ꝑ hoc differt mixtio a confuſione. ¶ Vltimo hic duo ſunt notāda. Primū/ꝙ aliter ꝑtes cōponētes dicunt̄ cōpoſite ⁊ aliter totū. Nā ꝑtes dicūt̄ cōpoſite: q2 ſunt vnite in toto qđ cōponūt: ⁊ iđ vt ſic ſunt cōpoſite cōpoſitiōe cū his: hoc eſt/vna cū alia. Totū xͦo eſt cōpoſitū cōpoſitione ex his: vt patet: ſm ꝙ nō ſemꝑ oportet oīa q̄ttuor elementa cōcurrere ad generationē mixti vt patet de mixtis imꝑfectis: qualia ſunt nix/pluuia/⁊ alie imp̄ſſiones. Et hec ſint dicta circa tractatū correſpondentē libris Ariſto. de generatione ⁊ corruptione.

Tractatus tertius paruuli philoſophie/libris de Anima Ariſtotelis correſpondens.

Diffinitio aīe. Anima eſt actus primus corporis phyſici organici/vitam habentis in potentia.

Tractatus tertius paruuli philoſophie naturalis/trib⁹ libris đ anima Ariſto. correſpondens: cuius ſubiectum ſm probabiliorē opi

uionē eſt corpus animatū: hoc eſt/cōpoſitū ex corpore ⁊ anima: et non ipſa anima
qꝺ probatur tripliciter. Primo ſic: ſicut ſe habet ſcientia ad ſcientiā/ita ſubiectū
ad ſubiectū: ſ; ſciētia hu9 libri eſt pars ſubiectiua phie naturalis: ergo ſubiectū
hu9 ſcientie debet eſſe pars ſubiectiua ſubiecti ſcīe naturalis/ſc; corporis natura/
lis: aīa aūt nullo modo pōt eſſe pars ſubiectiua corporis naturalis/ſed bene cor/
pus animatū: ergo ⁊c. Secūdo ſciētia honorabilior inter ſcientias naturales de/
bet habere ſubiectū honorabilius inter oīa entia naturalia: Sed hec ſcientia ſm
Ariſto. pmo de aīa/eſt honorabilior ceteris ſcientijs naturalibus: ergo ſubiectū
eius eſt honorabilius inter oīa entia naturalia: quale nō pōt eſſe anima: immo eſt
corpus animatū: quod cū ſit totū/perfectius eſt ꝙ̄ anima/que eſt eius pars. Ter
tio illud eſt ſubiectū ſcientie de q̄ paſſiones conſyderate in illa ſcientia primo ⁊ pn
cipaliter dicunt: ſed oēs paſſiones cōſyderate in hac ſcientia/primo ⁊ principalr
dicuntur de corpore animato ⁊ nō de aīa/etiā loquendo de ipſo intelligere: vt pa
tet per Ari. pmo de aīa dicētē ſic: Dicere aūt animā iraſci/ ſimile eſt ac ſi eā aliq̄s
dicat texere aut edificare. Melius aūt fortaſſis eſt non dicere animā miſereri aut
addiſcere aut intelligere/ſed hominē anima. Ex q̇bus omnib9 concludit ſm hās
opinionē/quā cōiter tenent Scotiſantes: ꝙ hec ſcientia tractat de anima nō tanꝙ̄
de ſubiecto pmo ſeu adequato/ſed tanꝙ̄ de principio formali ſubiecti primi. Ani
ma enim eſt pars formalis corporis animati. ¶ Diuidit aūt iſte tractatus in q̄n/
q; partes principales: Prima pars eſt de q̇dditate anime/q̄ exprimit per eius dif
finitionē: ſecunda de potentijs anime in generali: tertia de potentijs anime vege/
tatiue: quarta de potentijs anime ſenſitiue: quinta de potentijs anime intellectiue
Prime quattuor partes accepte ſunt principaliter ex ſecundo de anima: quinta
ex tertio. ¶ Quātū itaq; ad primū/ſciendū primo: ꝙ hanc diffinitionem anime
que ponitur in textu Ari. inueſtigat ex ſex diuiſionibus. Quaru; prima eſt entis
in ſubſtantiā ⁊ accidens: ex qua diuiſione colligitur animā eſſe ſubſtantiam ⁊ nō
accidens. Secunda eſt diuiſio ſubſtantie in materiā/formam/⁊ totū compoſitū:
ex qua diuiſione habetur ꝙ anima eſt forma ſeu actus. Tertia diuiſio eſt actus in
actū primū et actū ſecundū. Unde quelibet forma dicitur actus primus reſpectu
ſue operationis: et ipſa operatio ab ipſa forma producta eſt actus ſecūdus: vt ſci/
entia eſt actus primus: ſed operatio ſm ſcientiā/vt conſyderare/ eſt actus ſecun/
dus: ⁊ habens formam dicitur eſſe in actu primo: actu aūt operans ſm formā di/
citur eſſe in actu ſecundo: vt habens formam ſcientie/dicitur ſciens in actu primo
actu vero conſyderans/dicitur ſciens in actu ſecūdo. Similiter illud qꝺ eſt in po
tentia ad recipiendā formam/eſt in potentia ad actum primum: que potentia dici
tur eſſentialis: vt anima infantis reſpectu ſcientie. Sed quod iam habet formam
et non operatur ſm illam/dicitur eſſe in potentia ad actum ſecūdum: que dicitur
potentia accidentalis: vt habens ſcientiam/ſed actu non conſyderans ſm illam
ſcientiam. Et ex hac tertia diuiſione habetur prima particula diffinitionis: ſc; ꝙ
anima eſt actus primus: id eſt/perfectio que eſt forma. Et ex prima diuiſiōe patet
ꝙ ſit ſubſtantialis. Quarta diuiſio eſt hec: Subſtantiarum quedam ſunt corpora
quedam non. Quinta diuiſio: corporum quedam ſunt phyſica: quedam non phy
ſica/ſed artificialia. Ex quibus duabus diuiſionibus habetur ꝙ anima eſt actus
corporis: non cuiuſcunq;/ſed phyſici. Dicitur autem corpus phyſicum/qꝺ habet
in ſe principiū motus et quietis. Per hoc eñ differūt phyſica ſeu naturalia ab ar
tificialibus: vt dictū eſt in primo tractatu ex ſecundo phyſicorum. Sexta diuiſio:
corporum quedam habent vitam: quedā non. Illa autem habent vitam/que ha/
bent augmentū/alimentū/⁊ decrementū. i. que augentur/nutriūtur ⁊ decrementū
patiūtur. Ex q̄ patet illa particula vltima/vitā habentis: ⁊ additur/ in potentia:
q; illud corpus cuius aīa eſt actus: non habet ex ſe vitā in actu/ſed viuificatur ab
anima. Qꝺ etiā cōiter additur in diffinitione anime/ organici; hoc eſt/ qꝺ habet

De ſubiecto huius tractatus de aīa.

Actus primus.

Actus ſecundus.

Poētia accidētalis.

Corpus phyſicū.

Uitā habentia.

diuerſitatem organorũ ſeu partiũ ad diuerſos actus a natura ordinatarum: poni-
tur aut ſuperflue aut ad maiorẽ expreſſionẽ ⁊ declarationẽ illius ꝑticule/ vitam ha-
bentis in potentia: vt vult Temiſtius ſic dicẽs: Erit igitur nomen hoc organicũ
expoſitio atqꝫ interpretatio eiꝰ quod eſt poteſtate vitam habere: atqꝫ eadẽ vtriuſ-
qꝫ ſignificatio habenda eſt. Unde ⁊ apud Ariſtotelem non ponitur in diffinitio-
ne: ſed infert̃ q̃ſi corrolarie ex vltima particula/ videlicet vitã habẽtis in potẽtia.

Quare neceſſe eſt corpꝰ aĩa/ liũ eſſe organicũ.

Om̃e eñ corpꝰ vitã habens eſt organicũ: ⁊ econtra. ¶ Pro quo ſciendũ ſecũdo
ꝙ in corpore recipiente vitã ab anima/ neceſſaria eſt diuerſitas organorum ꝓpt̃
diuerſas operationes quas anima operatur per corpus. Anima eñ cũ ſit forma
perfectiſſima inter omnes formas informantes materiam/ eſt principiũ diuerſarũ
operationũ: ideo requirit diuerſitatẽ organorũ in ſuo perfectibili: vt in plantis fo-
liũ eſt coopertimentũ fructus: ⁊ ramus eſt frugiferus: radices autem ſunt ſimiles
ori: quia plante radicibus velut animalia ore accipiunt alimentũ. Forme autẽ in-
animatorũ propter ſui imperfectionẽ paucas habent operationes: et ideo in ſuis
ꝑfectibilibus non requirunt diuerſitatem organorũ: ⁊ quia inter animas anima
plantarũ eſt imperfectior: ⁊ ideo in corpore plantarum minor eſt diuerſitas orga-
norũ q̃ in animalibus. Nec in omnibꝰ animalibus equaliter organa ſunt diſtin-
cta: ſed in perfectioribus maior ⁊ diſtinctior eſt diuerſitas organorũ/ q̃ in imper-
fectioribus. In homine autem qui eſt perfectiſſimũ animaliũ/ maxima eſt organi-
ſatio: propter hoc: quia anima humana tãq̃ perfectiſſima forma plurimas habet

Secũda anime diffinitio.

operationes. ¶ Sciendũ tertio ꝙ ꝑter hãc diffinitionẽ anime/ ponit̃ alia ab Ari-
ſto. que eſt hec: Anima eſt principiũ quo viuimus/ ſentimus/ mouemur/ ⁊ intelli-
gimus primũ. i. principaliter. In qua diffinitione tanguntur quattuor gradus vi-

Quattuor gradꝰ viuẽtiũ.

uentiũ. In quibuſdã eñ viuentibus anima ſolũ eſt principiũ ſeu cauſa vite: vt in
plantis: ⁊ hec tenẽt infimũ gradũ. In quibuſdã vltra vitã inuenitur ſenſus: vt in
animalibus affixis petre: ⁊ hec tenent ſecundũ gradũ viuentiũ. In tertio gradu
ſunt animalia perfecta: que vltra vitam ⁊ ſenſum habent motum progreſſiuum
In quarto gradu ſunt homines: in quibus ſimul anima eſt principiũ nõ ſolũ vi-
uendi/ ſentiendi/ ⁊ mouendi progreſſiue/ ſed etiã intelligendi. Hec autem ſecunda
diffinitio anime dicitur formalis/ reſpectu precedentis/ que dicitur materialis. Et
hoc ideo: quia prima diffinitio poteſt demonſtrari de anima per ſecundã: ſic ſyllo-
giſando: Omne principiũ quo viuimus ⁊c. eſt actus corporis phyſici ⁊c. Sed ani-
ma eſt principiũ quo viuimus/ ſentimus ⁊c. ergo anima eſt actus corporis phyſici
⁊c. Unde prima diffinitio anime habet ſe vt concluſio demonſtrationis: ⁊ ideo di-
citur materialis. Secunda vt principiũ: ⁊ ideo dicit̃ formalis. Utraqꝫ vero ſimul
iuncta habet ſe vt tota demonſtratio: ſola poſitione terminorũ differens ab illa.

NOta: impoſſibile eſt ſubſtantiam eſſe expertem aliqua operatiõe naturali. Inter ſubſtantiã autẽ ⁊ operationẽ media eſt potentia/ ꝑ quã ſubſtantia operatur.

IN ſecunda parte autor determinans de potentia in generali/ tria facit. Pri-
mo probat animã habere potentias/ mediantibus quibus operatur ſuas
operationes: autoritate Damaſceni. Secundo hm̃õi potẽtias enumerat: et tertio
illas adinuicẽ cõparat. ¶ De primo ponit autoritatẽ Damaſceni: in qua duo tan-
guntur. Primũ/ ꝙ quelibet ſubſtantia habet operationem naturalẽ: in quã dum
poteſt/ dicitur talis ſm̃ ſuã ſpeciem: dũ vero nõ poteſt/ non dicitur talis niſi equi-

uoce: vt dicit philoſophꝰ. ij. de anima/ de oculo. Oculus em̄ cecus nō dicit̄ oculus/
niſi equiuoce: ſicut lapideus. Secūdum: ꝙ q̄libet ſubſtātia habet potentiā natura
lem mediāte qua operat̄ operationē cōuenietē ei ſm naturā. Cū igit̄ aīa ſit ſubſtā
tia/ vt ex p̄dictis patet: ſequit̄ ꝙ habet aliq̄s operatiōes naturales/ ⁊ potentias per
q̄s exercet illas oꝑatiōes. ¶ Circa q̄d ſciēdū p̄mo ſm Sco. x. diſ. iiij. q. viij. Sicut
hō cōponit̄ ex corpore ⁊ aīa: ita habet potētias q̄ſdam mere ſpūales/ q̄ cōueniunt
aīe p̄mo ⁊ toti cōpoſito ꝑ aīam: vt ſunt intellectus ⁊ volūtas: ꝑ q̄s differt a brutis:
q̄ dicunt̄ potētie nō organice: q̄a oꝑatiōes eaꝝ nō exercent̄ ꝑ aliquā ꝑtē corpis: ⁊ ta
les manēt in aīa ſeꝑata: vt ſunt q̄dam formalitates ſeu ꝑfectiōes naturales i eſſen
tia aīe cōtente ꝑ idētitatē: cū q̄ ſunt idē realit̄/ licet differunt formaliter ⁊ ex natura
rei: vt vult Sco. xvj. diſ. ij. habet etiā hō q̄ſdam potentias corporeas ⁊ organicas
in quibꝰ cōuenit cū brutis/ vt ſunt potentie vegetatiue ⁊ ſenſitiue: q̄ potētie (loquē
do de totali potentia) ſunt potentie totiꝰ cōpoſiti: nec manent in aīa ſeꝑata: vt etiā
vult Sco. xliiij. iiij. q. ij. ⁊. xlij. eiuſdē. q. iij. Dixi aūt/ totali: q̄a etſi aīa ſit illud q̄d eſt
formale in potētia ſenſitiua: tm̄ potentia ſenſitiua formaliter includit formā quādā
totiꝰ cōpoſiti ex ꝑte corporis ſic mixta/ ⁊ aīa perficiēte illā partē ꝓportionaliter ad
actum correſpondentē tali toti. ¶ Ex quo patet: ꝙ ſi potentia ſenſitiua capiat̄ ꝑti
aliter pro perfectiōe aīe/ q̄ eſt formale in potentia totali: ſic eodē mō eſt idē aīe ſicut
intellectꝰ ⁊ volūtas: iō manet i aīa ſeparata. Si aūt fiat ſermo de potentia totali: il
la nō manet i aīa ſeꝑata/ ⁊ ꝑ cōſequēs diſtinguit̄ realit̄ ab aīa: ſed ē vel forma totiꝰ
organi (quod dicit aliquid compoſitū ex anima: vt eſt principiū determinate ope/
rationis ⁊ ex parte corporis ſic mixta: vt dicit Sco. viij. q q.) vel aliq̄d cōſequēs il/
lam formā. Et ex hoc patet: quare oculus cecus nō dicit̄ oculus/ niſi eq̄uoce ⁊ ſm
quid: quia non eſt niſi altera pars cōpoſiti quod natū eſt dici oculus/ carēs altera
ꝑte qua cōplete oculus eſt oculus. Ex quibꝰ patet: ꝙ licet operationes aīe ſint ac/
cidentia de p̄dicamēto qualitatis: vt vult Sco. xvj. diſ. ij. nō tm̄ potentie per quas
anima operat̄ hmōi operatiōes. Unde Sco. xxvj. diſt. j. In ſuba (inq̄t) creata/ po
tentia ſiue illud q̄d eſt p̄ncipiū proprie operationis cōuenentis talis nature/ nō eſt
aliq̄d pertinens ad genus q̄litatis: ſed vel eſt mere ipſa ſubſtātia/ cui cōpetit opera
tio: vel eſt aliqua ꝑfectio idētice cōtenta in ſuba/ ⁊ pertinēs ad ipam ſubſtātiā: nō
aūt quaſi q̄dam qualitas circūſtans. ¶ Cōtra p̄dicta arguit̄ dupliciter/ ꝓbādo po
tentias eſſe accidentia de genere q̄litatis. Primo: Actus ⁊ potētia ad idē genus
pertinēt/ ex. ix. metaphy. ſed intelligere/ velle/ ⁊ alie operationes aīe ſunt accidētia
de genere q̄litatis: ergo intellectus/ volūtas ⁊ alie potētie erūt accidētia de genere
q̄litatis. Secūdo arguit̄ per Ariſto. in p̄dicamentis/ ponentē naturalē potētiā in
ſecūda ſpecie q̄litat. Reſpōdeo ad p̄mū ſm Sco. vij. diſ. j. ꝙ maior eſt vera de po
tentia obiectiua ⁊ actu entitatiuo: quibus cōuenit diuidere non ſolū ens in cōmu/
ni/ ſed etiā quodlibet genus entis/ imo quālibet ſpeciē ⁊ quodlibet indiuiduū: q̄a
eadē albedo p̄mo eſt in potentia/ ⁊ poſtea in actu: ⁊ hoc modo ad idem genus per/
tinent actus ⁊ potentia: ſed in ꝓpoſito non accipit̄ ſic potentia ⁊ actus: ſed actus
capitur pro operatione: potentia vero pro illo q̄d eſt p̄ncipiū in ſubſtātia illiꝰ ope/
rationis. Ad ſecundū reſpondet Sco. xvj. diſ. ij. ꝙ potētia naturalis abſolute nō
eſt in ſecūda ſpecie q̄litat./ ſed facilitas ⁊ ꝓmptitudo vtēdi illa potētia: vt ibi pul
chre declarat ꝑ exēplū phi de pugillatore ⁊ curſore. Nā potentia currēdi abſolute
nō eſt i ſcda ſpecie q̄litat.: ſed agilitas illiꝰ potētie/ ſiue potētia q̄ ad illā agilitatē.

Utrū po/ tentie aīe differant ab aīa.

Potentie nō organice.

Potentie organice.

Que po/ tentia eſt eiuſdē ge/ neris cuʒ actu.

Quō po/ tentia eſt in ſecūda ſpecie q̄li/ tatis.

Item potētia anime diuiditur in vegetatiuā/ ſenſitiuā/ appe/
tiuam/ motiuā ſcdm locum/ ⁊ intellectiuam. Uel ſic diuiditur

De poten tia anīe.

potentiarum animę/alia vegetatiua/ alia ſenſitiua/alia intelle
ctiua vel rationalis: comprehendendo ſub ſenſibili appetiti/
uam/ꝛ ſcd̄m locum motiuā. Differunt tamen appetitiua ꝛ ſe/
cundū locū motiua a ſenſibili: quia ſenſibilis quantū eſt de ra
tione nois/ dicit potentiā apprehēſiuā paſſiuā: ſed potentia
appetitiua ꝛ ſcd̄m locum motiua/ ſunt potentię actiuę ꝛ moti/
uę. Que potētię cum ſunt in eodem vt in hoīe/nō dicunť tres
aīę: ſed bene prout ſunt in diuerſis: vt in planta/bruto ꝛ hoīe.

Autor oſtēdit numerū potentiaꝝ anime per duplicem diuiſionē. In p̄ma diuiſione enumerat q̄nqꝫ genera potētiaꝝ aīe/ ex ſententia Ariſto
telis. ij. de aīa. In ſecūda vero diuiſione ad intentionē Auicēne. v ſ. naturaliū/ ſo/
lum ponit tres potentias: vt patet in textu. Et ne videať appetitiua ꝛ ſm locū mo
tiua nullā om̄ino habere differentiā a ſenſitiua: ſub q̄ includunť in ſcd̄a diuiſione:
ideo ſtatim ſubiūgunť earū due differentie. Prima: q̄a potētia ſenſitiua eſt appre
hēſiua ſeu cognitiua: alie vero due motiue. Secunda differentia ſumiť ex hoc: q̄a
potentia ſenſitiua eſt paſſiua: alie vero due actiue. Ultimo autor cū dicit: Que po
tentie ꝛc. cōparat tres potentias anime poſitas in ſecunda diuiſione/ dicens: ꝙ ve
getatiua in planta/ſenſitiua in bruto/ꝛ intellectiua in hoīe ſunt tres anime: ſed q̄a
intellectiua in mortalibus (vt dicit Ariſto.) nō inueniť ſine ſenſitiua/ nec ſenſitiua
ſine vegetatiua: ideo dubiū eſt ſi in eodē ſuppoſito/puta hoīe vbi oēs ille tres potē
tie inueniuntur: ſint etiam tres anime vel vna anima: ideo autor dicit/ ꝙ in eodem
ſunt vna anima. ¶ Circa hunc textū ſoluenda ſunt aliqua dubia. Primū dubiū:
Cū ſint quinqꝫ genera potentiarū anime: quare ſolum ponunť quattuor gradus
viuentium: de quibus dictū eſt ſupra circa ſecundam diffinitionē anime: ꝛ tm̄ tres
anime: vt tangiť in fine textus? Reſpondeo: ꝙ ideo ponuntur quinqꝫ genera potē
tiarū: q̄a tot actus ſeu operationes vitales per illas potentias ꝓducuntur: ꝛ quia
potentie diſtinguunť p actꝰ (vt diciť ſcd̄o de aīa: ꝛ inferius declarabiť) igitur ſicut
ſunt q̄nqꝫ genera actuū ſeu operationū anime: ita q̄nqꝫ genera potentiaꝝ. Et quia
appetitiuū nunq̄ ſeparatur a ſenſitiuo: q̄a oīa q̄ habent ſenſum/habent appetitū:
ꝛ ecōtra: vt habet Ariſto. vbi ſupra. Ideo licet appetitiuū cōſtituat diſtinctā potē
tiā/ſicut habet diſtinctū actū a ſenſitiua: tm̄ nō facit gradū viuentiū diſtinctū a ſen
ſitiuo: q̄a gradus viuentiū nō diſtinguunť per actus vitales/ ſicut potētie: ſed ra/
tione ſeparationis ſm eſſe diuerſoꝝ principiorū viuendi. Et item quia appetitiuū
ꝛ ſm locū motiuū reducunť ad ſenſitiuū: vt hic diciť ꝛ magis infra diceť: vel ad
intellectiuū: Nā ſicut eſt q̄dam appetitus ſenſitiuꝰ/ qui reduciť ad ſenſum quem

Conſequitur: ita eſt ꝗdam appetitus intellectiuus/ vt volũtas q̃ cõſequit̃ intellectũ:
vt in pͥmo tractatu dictũ eſt de appetitu materie: ⁊ infra dicet̃: ideo quinq̧ genera
potentiaꝝ aīe q̃ faciũt quattuor gradus viuentiũ/poſſunt reduci ad triplicẽ aīam
ſcʒ vegetatiuã/ ſenſitiuã ⁊ intellectiuã. ¶ Scd̃m dubiũ: Utrũ ſenſus ſit potẽtia ſo
lum paſſiua aut etiã aliquo mõ actiua reſpectu ſue operationis/ q̃ eſt cognitio ſenſi
tiua. Ad hoc dubiũ cõmuniter dicitur: ꝙ ſenſus ſit potẽtia pure paſſiua: ita ꝙ nul
lo modo ſenſus actiue cõcurrit ad ſenſationẽ. Pro qua opinione videt̃ eſſe autori
tas philoſophi. ij. de aīa/ ꝓbantis ſenſum eſſe potentiã paſſiuã: ⁊ operationẽ eius
eſſe in moueri ⁊ pati: vnde dicit ſentire eſſe quoddam pati. Probatur etiã hec cõ/
munis opinio tali ratione: Si ſenſus actiue produceret ſenſationẽ quã recipit ſub
iectiue: ergo idem erit agẽs ⁊ patiens/reſpectu eiuſdem ⁊ ſm idem. Sed cõtra hãc
opinionẽ cõem eſt intẽtio philoſophi ĩ pluribꝰ locis. Unde in ſecũdo de aīa ꝓbat
aīam eſſe principium effectiuũ corporis animati: per hoc: ꝗa ipa eſt pͥncipiũ effecti
uũ operationis ipius: ſcʒ motꝰ localis/ſenſatiõis ⁊ aliaꝝ. Itẽ. ix. metaphy. dicit/ viſi
onem eſſe actionẽ ĩmanentẽ: ergo oportet ꝙ viſus ĩ quo recipitur ſubiectiue ſit cau
ſa eiꝰ effectiua: vt patet ex differentia actionis ĩmanentis ⁊ trãſeuntis ibidem poſi
ta. Ideo aliter reſpõdeo ſm Sco. iij. diſt. j. q. vij. ⁊ in quodli. q. xv. cõcedendo cum Quõ ſen
Ariſto. oẽm ſenſum eſſe virtutẽ paſſiuã in eo ꝙ recipit ſpeciem ⁊ ſenſationem: ſed ſus ẽ vir/
eandem ſenſationẽ ſenſus actiue producit cum obiecto: ita ꝙ neq̧ ſolũ obiectum tus paſſi/
neq̧ ſolus ſenſus eſt totalis cauſa productiua ſenſationis: ſed ſe habent ſicut due ua.
cauſe partiales diuerſarũ rationũ cõcurrentiũ ad vnum effectum producendum:
ita ꝙ ſenſus habet ſe vt cauſa vniuerſalis / ⁊ obiectum preſens in ſe vel in ſua ſpe/
cie tanq̃ cauſa particularis: ⁊ hoc voluit Ariſto. in capitulo de ſenſu cõmuni/di/
cens: Senſibilis autem actus ⁊ ſenſus vnus eſt ⁊ idem. Ad hoc etiam eſt expreſſa
ſententia diui Auguſtini. xj. de trinitate/ c. ij. ſic dicentis: Signitur ergo ex re viſi
bili viſio: ſed nõ ex ſola niſi aſſit ⁊ videns: quocirca ex vidente ⁊ viſibili gignitur
viſio. Similem ſententiam expreſſit Boetius. v. de cõſolatione philoſophie. Nec
probationes pro prima opinione cogũt. Unde ad autoritates reſpondet Scotus
vbi ſupra/ ⁊. xiij. q. q. ꝙ licet Ariſtoteles probet ſenſum eſſe paſſiuum: non tamen
ſic paſſiuum vt nullo modo ſit actiuus: quia oppoſitum habetur ex eius dictis: vt
iam patuit. Licet aũt ſenſus ſit etiam modo predicto actiuus: non tamen dicit̃ ſen
tire inquantũ actiue producit ſenſationem / ſed inquantũ eã formaliter recipit. Et
ideo verũ eſt: ꝙ ſentire eſt quoddam pati: quia ſenſum ſentire non eſt niſi ipſam re Quõ ſen
cipere ſenſationem. Et quia philoſophus locutus eſt de potẽtijs ſenſitiuis inquã tire eſt pa
tũ ipſis cognoſcimus: ideo neceſſario habuit dicere/potẽtias cognitiuas eſſe paſſi ti.
uas: ꝗa vt ſic accidit eis ꝙ ſint actiue. De hoc dicẽtur plura circa differentiã intel/
lectus poſſibilis ab agente. Ad rationẽ dico: ꝙ cõſequẽs non habeo pro incõue/
nienti/ ĩmo eſt neceſſariũ in actiõibus ĩmanẽtibꝰ: cũ itaq̧ actus ſentiẽdi ſunt actio
nes ĩmanẽtes (vt iã dictũ eſt) oportet ꝙ eadẽ potẽtia/ q̃ ẽ receptiua ſenſatiõis/ſit etiã
actiue ꝓductiua eiuſdẽ. Utrũ aũt oĩs potẽtia ſenſitiua ſit apphenſiua: ⁊ quomõ
diſtinguat̃ ab appetitiua ⁊ motiua ſm locũ/patebit ex dicẽdis. ¶ Tertiũ dubiũ:
Utrũ vegetatiua/ſenſitiua ⁊ intellectiua in eodem/ puta hoīe ſit vna aīa. Reſpon/
deo breuiter ꝙ ſic: ⁊ hec eſt opinio Sco. xj. diſt. iiij. q. iij. ⁊ alibi ſepe ⁊ fere oĩm ali/
orũ doctoꝝ/preter Occam ⁊ eius ſequaces: q̃ in hoīe ponunt illas tres animas re
aliter diſtinctas. Unde regula Scoti: Quãdocunq̧ plures forme ſic ſe habent ꝙ
vna continet virtualiter alias/ille ſunt ſimul incompoſſibiles in eodem. Illa aũt Formam
forma dicitur continere virtualiter aliam/ que poteſt eſſe principiũ omnium ope/ continere
rationũ ⁊ effectuũ / quoꝝ eſt illa alia. Cũ igitur anima intellectiua poteſt eſſe prin virtualit̃.
cipiũ oĩm operationũ/q̃ conſequunt̃ aīam ſenſitiuã ⁊ vegetatiuã ipſis ſecluſis: nõ
tñ ſecluſis organis ipſaꝝ: ſequit̃ ꝙ aīa ĩtellectiua cõtinet ꝟtualiter aīam ſenſitiuã
⁊ vegetatiuã: ſicut etiã forma mixti cõtinet virtualiter formas elementoꝝ: vt vult

Sco.xv.diſt.ij.ꝛ declaratū eſt in p̄cedenti tractatu: ꝛ per cōſequēs ſicut in mixtis inanimatis nulla ponitur alia forma ſubſtātialis p̄ter formā mixti/ in q̄ alie virtualiter cōtinent̄: ita in hoīe p̄ter formā mixti (per quā corp⁹/ qđ eſt ꝑximū pfectibile aīe/eſt corp⁹ phyſicū ꝛ organicū: q̄ ꝟtualiter ꝯtinet oīes formas ſe impfectiores) ꝛ preter aīam intellectiuā (q̄ etiā virtualit̄ cōtinet ſenſitiuā ꝛ vegetatiuā: licet nō cōtinet formā mixti) nulla alia forma ſubſtātialis eſt ponēda. ¶ Ex q̄ patet: ꝙ in quolibet viuente preter aīam/q̄ eſt forma ſpecifica/neceſſe eſt ponere aliā formā ſubſtātialē per quā corp⁹ eſt corp⁹: ita ꝙ corp⁹/ qđ eſt altera pars aīati/per ſe includit materiā ꝛ formā mixti ſeu corporeitatis/per quā eſt receptiuū aīe: ꝛ illa forma ſicut precedit aīam in materia/ ita poteſt manere ſeparata aīa. Vñ p triduū q̄ aīa Chriſti dñi fuit ſeparata a corpe / forma mixti non fuit ſeparata ab illa materia corporis chriſti. Hec aūt forma mixti ſepe a Sco. vocat̄ forma corporeitatis: q̄a ex ip̄a ꝛ materia cōſtituit̄ corp⁹/ qđ eſt pars viuētis. ¶ Cōtra predicta arguit̄ duplicit̄: Primo ſic: In generatiōe hoīs embrio prius viuit vita plāte: poſtea vita aīalis: ꝛ vltimo introducit̄ aīa intellectiua: Ergo vegetatiua/q̄ dat vitā plāte: ꝛ ſenſitiua q̄ dat vitā aīalis/ſunt diſtincte in hoīe ab anima intellectiua: cū ipſam precedant tempore/ꝛ altera alteram. Secūdo: q̄a nō videtur maior ratio quare aīa intellectiua cōtinet virtualiter ſenſitiuā ꝛ vegetatiuā/ꝛ non formā mixti: cū intellectiua ſit etiam perfectior/q̄ꝫ forma mixti. Reſpondeo ad p̄mū: ꝙ in aduentu anime ſenſitiue corrūpitur vegetatiua: ꝛ ſimiliter in aduentu intellectiue corrūpitur ſenſitiua. Et hec corruptio fit propter ſolam incōpoſſibilitatē illaꝝ formaꝝ in eodem: q̄ incōpoſſibilitas eſt ex hoc/ꝙ vna virtualiter cōtinet aliam: vt etiā dicit̄.ij. de aīa. Ad ſecundū dico: ꝙ anima intellectiua continet virtualiter ſenſitiuam ꝛ vegetatiuam: nō ſolū propter hoc quia eſt perfectior illis: ſed etiam propter hoc quia poteſt exercere in corpore omnes operationes/que cōſequuntur ſenſitiuam ꝛ vegetatiuā. Nō ſic aūt ſe habet reſpectu forme mixti: quia anima non poteſt eſſe principium effectuū/q̄ cōſequūtur neceſſario formā mixti: ſicut ſunt eſſe cōpoſitū ex cōtrarijs ꝛc.

Quare aīa nō cōtinet formam mixti ſeu corporeitat.

De aīa vegetatiua.

VEgetatiua diuidit̄ in tres potētias: ſcilicet nutritiuam/augmentatiuā ꝛ generatiuā. Nutritiue act⁹ eſt nutrire ſiue alimēto vti: ꝛ hec potentia data eſt vegetabilib⁹/ad cōſeruationē ſuijpſius in numero. Eı⁹ quattuor ſunt partes: ſcꝫ attractiua / que cibū attrahit: ꝛ eſt neceſſaria plātis. Digeſtiua/que cibū digerit. Retētiua/que retinet illud qđ aptū eſt ad nutriendū corpus. Expulſiua/que expellit ſupflua. Generatiue act⁹ eſt generare: vnde naturaliſſimū

operum in viuentibꝰ que ꝑfecta ſunt/ ⁊ nō orbata: ⁊ que generationē ſpōtaneā nō habēt: facere alterū tale quale ipm̄ eſt: vt animal animal/ plāta plātā: vt ipo eſſe diuino ꝑticipēt ⁊ immortali ſcd̄m id qđ poſſunt. Augmētatiue actꝰ eſt ad debitā quātitatē quodcūq; animatū ꝑducere: ⁊ dicit ad debitā quātitatē: quia oīm a natura cōſtantium eſt certus terminus ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmenti.

In hac tertia parte autor incipiēs dicere de potētijs aīe in ſpeciali/ determinat de potētijs aīe vegetatiue. Et habet duas ꝑticulas. In p̄ma enumerat tres potentias/ q̃s habet aīa vegetatiua: ⁊ q̄a diſtinctio potētiarū eſt actꝰ (vt dicit. ij. de aīa) ideo autor in ſecūda ꝑticula declarat actus illaꝝ triū potētiaꝝ. ¶ Circa p̄mū ſciēdū p̄mo: Potentia vegetatiua in cōi ſic diffinit: vt colligit ex dictis Ariſto. ij. de aīa: Potētia vegetatiua eſt q̄ poteſt cōuertere alimentū in ipm̄ corpꝰ animatū propter ſalutē ipſius animati. In qua diffinitiōe p̄ncipaliter tāgunt tria. Primo obiectū potētie vegetatiue/ qđ eſt alimentū: de q̄ dictū eſt in tractatu p̄cedēti capitulo de augmētatiōe: ꝙ in p̄ncipio debet eſſe diſſimile alito ſeu corpi aīato nutriēdo ꝑ illud alimentū ⁊ in fine ſimile. Vn̄ alimentū eſt potētia alitū/ actu vo aliud: q̄a oꝑtet alimentū ꝑ trāſmutationē fieri alitū. Secūdo tāgit actꝰ potētie vegetatiue: q̄ eſt cōuerſio alimenti ī ipm̄ corpꝰ aīatū. Cuiꝰ actꝰ ē duplex p̄ncipiū: vnū p̄ncipale/ qđ ē aīaꝝ potētiā vegetatiuā: aliud īſtrumētū/ ⁊ ē calor naturalis q̄ digerit ⁊ diſponit alimētū. Vltimo tāgit finis potētie vegetatiue. Habēt idē obiectū ſcz alimētū: ⁊ eundē actū gn̄alē/ ſcz mutare alimentū in corpꝰ aīatū: ⁊ idē inſtrumentū/ ſcz calorē naturalē: ⁊ eundē finē/ q̄ eſt ſalus viuētis. Hoc tn̄ eſt differēter: nā alimētū vt eſt potentia ſubſtātia aliti: hoc eſt/ vt natū eſt cōuerti in ſubſtantiā aliti: ſiue plus ſiue minus ſiue tantūdē reſtituatur quātū fuit deperditū/ dicitur obiectū nutritiue: ſed ipm̄ alimentū vt eſt potētia quātū: hoc eſt/ vt ꝑ ipſum partes aliti maiorantur ꝑ hoc: q̄a plus ꝑ alimentū reſtituit/ q̄ erat deꝑditū: ⁊ ſic eſt obiectū augmētatiue. Vn̄ augmētatiua fortiori egēt calore naturali/ q̄ nutritiua. Et hec due potētie ordināt ad cōſeruationē īdiuidui: q̄a habēt effectū ſuū in eodē indiuiduo in quo ſunt: ſed ipſum alimentū vt qualeſeu p̄ncipiū factiuū generatiōis eſt obiectū generatiue: nā ſemen qđ eſt ſuꝑfluū alimēti vltimo digeſti/ eſt obiectū ꝓximū generatiue potētie. Ordinatur aūt generatiua nō ad ſalutē indiuidui ī q̄ eſt ſicut nutritiua ⁊ augmētatiua/ ſed ad cōſeruationē ſpeciei. Succeſſiua em̄ gn̄atio indiuiduorū fit ꝓpt hoc (ſm̄ Ariſto. ij. de aīa/ ⁊. ij. de gn̄atiōe) vt ſpecies q̄ nō poteſt ꝑpetue cōſeruari in vno indiuiduo ꝓpter eiꝰ corruptibilitatē/ ſaltē cōſeruet in pluribꝰ ſibi ꝑ gn̄ationē ſuccedētibꝰ: vt etiā dicetur in textu. Vn̄ virtꝰ gn̄atiua habet effectū ſuū in alio indiuiduo/ puta genito: nihil em̄ generat ſeipm̄/ ſed aliud ſibi ſimile ſm̄ ſpe

Diffinitio potentie vegetatiue.

Diſtinctio potentiarū vegetatiuarū.

Quomõ oẽs viuẽs. nutriatur.

cit. Differũt etiã p̃dicte tres potẽtie tempore: Om̃e em̃ viuẽs q̃diu viuit/nutrit:
qḋ oportet intelligere accipiẽdo nutritionẽ nõ solũ pro mutatiõe nutrimẽti in sub/
stantiã nutriti: q̇a sic falsum esset: sed etiã ꝓ dispositiõe nutrimenti ad illã trãsmu
tationẽ ꝑ calorẽ naturalẽ. Augmẽtatiua vero tãdiu durat/donec viuẽs attingat
suã debitã quãtitatẽ: vñ in hoĩb⁹ ꝟm Cõciliatorẽ/ differẽtia. lv. durat ad maximũ
xxxv. annos: generatiua ꝟo circa. xiiij. annũ icipiẽs/ vsq3 ad lxxv. annũ extẽdit.
Ex quo sequit alia differentia: q̇a generatio solũ est ꝑfectoꝝ: nutritio ꝟo ꝛ augmẽ
tatio etiã imꝑfectoꝝ. Ex p̃dictis patet numerus potẽtiaꝝ vegetatiuaꝝ: ꝛ cõuenien
tia ac differentia earundẽ in generali. ¶ Postea autor in secũda ꝑticula declarat
actus p̃dictarũ triũ potentiaꝝ. Et ꝑmo nutritiue: secũdo generatiue: tertio augmẽ

Act⁹ vegetatiuaꝝ potẽtiaꝝ.

tatiue. Ubi sciẽdũ ꝟm Aristo. ij. de aĩa: Potentie vegetatiue duo sunt actus princi
pales/scȝ generare ꝛ alimẽto vti. Alimẽto aũt vti cõtingit dupliciter. Uno mõ ad
restitutionẽ deꝑditi: ꝛ hoc mõ ꝑtinet ad nutritiuã. Alio modo vt alimẽti plus cõ
uertatur in substãtiã aliti/q̃3 fuit deperditũ: ꝛ sic ꝑtinet ad augmẽtatiuã. Primũ
itaq3 autor circa nutritiuã tãgit tria. Primo: ꝙ nutrire siue alimẽto vti/ couerten
do scȝ ipsum in substantiã nutriti: est actus nutritiue. Secũdo: ꝙ hec potẽtia data
est viuẽti ad cõseruationẽ ipsius indiuidui: ꝛ hec duo puto esse manifesta ex prece

Quattuor partes nutritiue.

dentibus. Tertio ponit quattuor eius partes: prima est attractiua nutrimẽti ad lo
ca digestiõis: secũda est digestiua: q̃ virtute caloris naturalis alimentũ digerit/se
parãdo purũ ab impuro: tertia est retẽtiua alimenti puri quarta est expulsiua pu
ri ꝛ suꝑflui. Sũt aũt q̃ttuor sedes p̃dictarũ quattuor ꝑtiũ seu potentiarũ nutritiue

Quattuor digestiones.

ꝟm quattuor loca digestionũ alimenti. ¶ Pro quo sciẽdũ: ꝙ alimentũ anteq̃3 cõ
uertitur in substantiã aliti/quattuor digestionib⁹ decoquit. Prima digestio est in
stomacho: vbi impurũ separatũ expellit ad intestina: ꝛ tandem eijcitur per egesti
onẽ. Alimẽtũ vero purũ assumit formã chili: ꝛ trahit ad epar: vbi fit scḋa digestio
per quã impurum separatũ expellitur ad vesicã: ꝛ dicitur vrina. Ex alimẽto vero
puro generantur quattuor humores: scȝ sanguis/flegma/colera ꝛ melancolia. De
quib⁹ ꝛ eoꝝ receptaculis dictũ est in tractatu p̄cedenti circa illũ textũ: humiditas
est causa grossiciei. Sãguis aũt sic in epate genitus mittit ad cor: vbi ꝟm Aristo.
fit tertia digestio: ꝑ quã separatur purissimus sanguis qui mittitur ad mẽbra supe
riora alẽda/ vt caput: ex quo etiam generantur spiritus sensitiui in organis sensuũ:
Ille aũt sanguis q̇ relinquitur grossior/descendit ad partes inferiores nutriẽdas.
Ultima digestio nutriẽdi est in ipsa parte viuentis/in quam transmutandũ est ali
mentum sic vltimo digestũ: ꝛ impurũ cõuertitur in pilos/ aut expellitur per sudo

Quattuor humiditates secundae.

res: purũ vero alimentũ trãsmutatur in quattuor humiditates secũdas: que dicũ
tur ros/cambiũ/gluten/ꝛ nomen non habẽs: ꝛ tãdem in substantiã viuẽtis. Et si
tale alimentũ sic vltimate digestũ fuerit suꝑfluũ: hoc est/ĩ maiori quãtitate q̃3 sub/
stantie viuẽtis opus est: mittit suꝑfluũ ad vasa seminaria: ꝛ fit ex eo semẽ. Quoꝝ
vlterior ꝛ latior declaratio ad medicos ꝑtinet: qui hanc materiam latissime exami
nant circa primam primi/ capitulo de virtutibus naturalibus. Ultimo sciendũ cir
ca p̃dicta: ꝙ virtus attractiua iuuatur caliditate: retentiua siccitate: digestiua cali
ditate ꝛ humiditate: expulsiua humiditate. Ex om̃ibus itaq3 predictis patet: ꝙ nu
tritio ꝓprie dicta/est conuersio nutrimenti in substantiã nutriti ꝟm singulas eius
partes saltem formales seu notabiles: vt dictũ est in precedenti tractatu/ capitulo
de augmentatiõe. Et talis nutritio est operatio anime: ꝛ ideo solũ cõuenit anima
tis: ex quo patet ꝙ ignis non dicitur proprie nutriri oleo vel combustibilibus ꝛc.
¶ Postea autor de generatiua specialiter tractãs duo dicit. Primo: ꝙ generare
est ꝓprius actus generatiue. Secundo ostendit qualitatẽ illius actus: ꝛ quibus cõ
uenit viuẽtibus: ꝛ propter quem finem/dicẽs: ꝙ generare est opus naturalissimũ
hoc est maxime conueniens nature viuentiũ. Et cõuenit viuentibus solum in eta
te perfecta: per quod excludunt pueri ꝛ multum senes: quibus non conuenit gene

rare/vt antea dictum eſt.Item non orbatis.i.non deficientibus/nec vitiatis in mē bris genitabilibus. Item ſolis his que non habent generationem ſpōtaneam.i. que non a ſola virtute celeſti generant/ſponte ſine ſemine ꝛ ſine generāte ꝑticulari vt ſunt vermes ꝛ q̄dam alia viuentia:q̄ gn̄ant ex putrefactiōe vel aliquo alio mō a generante eq̄uoco:hoc eſt/alteri⁹ ſpeciei q̄ ſit ipſum genitū:puta virtute celeſti. Illis itaq ſolis viuentibus cōuenit actus generatiue:que ſunt etate perfecta/nō orbata/nec vitiata aliquib⁹ mēbris ad actū generādi req̄ſitis:ꝛ q̄ generant ſm ꝓpagationē ſeu mediāte ſemine a gn̄ante vniuoco:vt ꝑticipēt eſſe diuino ꝛ imortali ſm q̄d poſſunt:hoc eſt/vt naturā quā i ſuo indiuiduo cōſeruare ꝑpetuo nō poſſunt:cū ſint corruptibilia:ſaltē eandem cōſeruēt in alio ſibi ſimili ſm ſpeciē. Et ideo ſupra dictū eſt/ꝙ finis gn̄atiue eſt cōſeruatio ſpeciei.Ex q̄b⁹ ꝯcludit:ꝙ gn̄atio vniuoca q̄ fit mediāte ſemine ab ipſo generāte deciſo/eſt opus potētie vegetatiue:ꝛ ſolū inuenitur in reb⁹ animatis. Dicitur aūt vniuoca/ꝛ q̄ fit mediante ſemine: q̄a gn̄atio equiuoca/ꝛ illa q̄ fit ſine ſemine/conuenit etiā reb⁹ inanimatis:vt patuit in primo tractatu/capitulo de cauſa efficiēte. ¶ Ultimo autor oſtendit actū potētie augmētatiue eſſe augmentare ſeu producere viuens ad determinatam ſibi a natura quātitatem.Hic aūt ſermo eſt de augmentatione proprie dicta: de qua abunde dictum eſt in precedenti tractatu.¶ Addit etiā hic:ꝙ oīm a natura conſtantium ꝛc.Circa quod conſyderandum eſt/ꝙ naturalia poſſunt cōſyderari dupliciter. Uno mō ſunt quāta cōtinua:ꝛ ſic licet in eis datur maximū/non tn̄ dat minimū. Sicut eīn numerus per additionē creſcit in infinitū:ita cōtinuū per diuiſionē minuit in infinitum:vt dictum eſt in primo tractatu/capitulo de motu. Alio modo naturalia cōſyderantur inquātū ſunt naturalia:ꝛ ſic cōſyderata ſunt duplicia. Quedam enim ſunt hetrogenea:ꝛ de his eſt manifeſtū ꝙ ſunt determinata ad maximū ꝛ ad minimum:oportet eīn vt habeant partes diuerſarū rationū ſeu formarū/ q̄ nō poſſunt ſaluari ſub quacūq indifferēter quantitate. Alia ſunt homogenea:ꝛ de his Sco. v.metaphy.q.ix.tenet/ꝙ in ipſis non eſt dare minimū exiſtens:licet ſit dare minimum per ſe ſubſiſtens. Ratio primi: quia quocunq homogeneo dato/poteſt dari minus:cū ſit diuiſibile ſicut ꝛ cōtinuū. Ratio ſecundi:quia poteſt dari ita paruum homogeneū/puta caro vel ſanguis:q̄d ſi vltra diuidat/non poterit per ſe ſubſiſtere in ſua natura:ſed mutabit in naturā cōtinētis/ puta aque vel aeris circūſtātis: vt dicit philoſophus in ſenſu ꝛ ſenſato.¶ Ad autoritatem vero Ariſto.ex ſecūdo de aīa/hic in textu poſitā dicit:ꝙ ibi Ariſto.loquit de quātitate naturali augmētabilis ꝛ diminuibilis:q̄a illa quātitas cuicūq naturali eſt determinata in maius ꝛ minus/loquendo de illa quātitate in qua naturaliter ꝓducitur. Unde etiā dicit p̄mo phy.ꝙ naturalia ſunt determinata ad maximū ꝛ ad minimum. Uide plura apud Sco.in locis preallegatis. Et quomodo reſpondendū ſit ad alias autoritates Ariſtotelis / probantes minimum in naturalibus. Ex omnibus igitur predictis patet que ſint proprie operationes potentiarū vegetatiuarum/per quas ipſe diſtinguuntur ab inuicem. Potentie enim diſtinguuntur per actus / ꝛ actus per obiecta:vt dicitur ſecundo de anima:quod intelligendum eſt ſm Scotum .q.xiij. quodlibe.nō tā q̄ ꝑ formalia diſtinctiua earū : quia talis diſtinctio in oīb⁹ reb⁹ fit per differentias eſſentiales aut ſaltem per modos intrinſecos. Sed hec diſtinctio potentiarum per actus vel actuum per obiecta datur/tanq̄ per aliqua extrinſeca ꝛ que ſunt nobis notiora.

Quibus conuenit act⁹ generatiue.

Quō naturalia ſunt determinata ad maximū ꝛ minimū.

Quō potentie diſtiguunt ꝑ act⁹ vel obiceta.

De potentijs ſenſitiuis.

Potentie anime ſenſibilis quedam ſunt apprehenſiue:quedā motiue. Et differt potētia ſenſitiua a

vegetatiua: q̄a ſenſitiua fit cū cognitiōe: ⁊ etiā ī aliqua ſepatiōe a re apphēſa: vnibilis ei mediāte medio: vt patet ī viſu apphē dēte coloꝛē/ q̄ eſt ī diſtātia ab oꝛgano vidēdi: vnit aūt mediāte luce: ⁊ nō recipit coloꝛ in oculū/ ſed ſpecies coloꝛis: ſed in vegetabili cōiungit potētia cū ſuo obiecto/ vt nutritiua cū cibo.

Quarta pars ꝑncipalis huiꝰ tractatꝰ de potentijs ſenſitiuis/ habet q̄ttuoꝛ pticulas. In ꝑma ponit duas diuiſiōes potentiaꝝ ſenſitiuaꝝ: interponēs duas differētias potētie ſenſitiue a vegetatiua. In ſecūda de potentijs ſenſitiuis exterioꝛibꝰ. In tertia de potentijs ſenſitiuis īterioꝛibꝰ. In quarta de potentijs motiuis. Primo itaqꝫ ponitur ꝑma diuiſio potentie ſenſitiue in apprehenſiuā ſeu cognitiuā/ ⁊ in motiuā ſeu appetitiuā: q̄ licet nō ſit cognitiua/ tm̄ preſupponit cognitiuā: ⁊ ideo eiuſdem aīe eſt potentia cū cognitiua: vt infra loco ſuo dicet.

Differentie inter vegetatiuā ⁊ ſenſitiuam.

¶ Poſtea ſubdit autoꝛ duas differentias ſenſitiue a vegetatiua. Prima: q̄a oīs potentia ſenſitiua fit cū cognitiōe: vegetatiua non/ ſed eſt naturalis tm̄. Secunda: q̄a in operatiōe potentiaꝝ ſenſitiuaꝝ obiectū ſenſibile/ circa qđ operatur/ nō cōiungitur oꝛgano ſenſitiuo īmediate: ſenſibile em̄ poſitū ſupra ſenſum/ nō facit ſenſationem: ſed ſemꝑ īter ſenſibile ⁊ ſenſum debet eſſe aliqđ mediū/ ꝑ qđ ſenſibile impꝛimit ſuā ſpeciem ſenſitiuo: Sed potentia vegetatiua cōiungitur realiter ſuo obiecto: cū operatur circa illud: vt nutritiua cibo. Poſſunt addi ⁊ alie differentie: q̄a ſenſitiua ſolis ineſt animalibꝰ: vegetatiua aūt ineſt animabilibus ⁊ plātis. Item q̄a potentia ſenſitiua eſt paſſiua reſpectu ſui obiecti: viſus em̄ nō agit in coloꝛem/ ſed patitur a coloꝛe: licet reſpectu ſue operatiōis nō ſolū ſe habeat paſſiue/ ſed etiā actiue: vt ſupra dictū eſt: ſed potētia vegetatiua eſt actiua reſpectu ſui obiecti: vt iā patuit.

De potentijs apprehenſiuis.

Apprehēſiuarū quedā ſunt deintus: quedā defoꝛis. Apprehēſiue defoꝛis dicunt/ que rē defoꝛis apprehendūt in materia ſubiecta ⁊ preſenti. Apprehenſiue deintus dicuntur/ que hoc quod apprehendūt deintus eſt.

Differentie inter ſenſus exterioꝛes ⁊ interioꝛes.

Ponitur ſecūda diuiſio qua ſubdiuidit alterū mēbꝛū prioꝛis diuiſiōis videlicet potētia apprehenſiua in apprehēſiuā deintus ⁊ defoꝛis: hoc eſt/ in ſenſum interioꝛem ⁊ exterioꝛem. Et tangit duas differentias inter membꝛa diuidentia. Prima: quia cognitio ſenſuum exterioꝝ cauſat īmediate a re extra: vt eſt preſens ⁊ exiſtens in ſua ꝓpria exiſtentia: ⁊ ideo cognitio eoꝝ eſt intuitiua. Sed cognitio ſenſuū interioꝝ nō ſolū cauſatur a re ſic preſente defoꝛis/ ſed eti

am a ſpecie rei ſenſibilis in ipſo ſenſu exteriori exiſtente: ⁊ ideo cognoſcũt res nõ ſolum quando ſunt preſentes in ſua exiſtentia/ſed etiam abſentes: dũmodo ſpecies earum ſit in ſenſu. Ex quo patet/ ꝙ habent cognitionem non ſolum intuitiuã/ſed etiã abſtractiuam. Secũda differentia/que ſequitur ex prima: ⁊ ſolum innuitur in textu: quia cognitio ſenſuum interiorũ preſupponit cognitionem ſenſuũ exterioꝝ: hec aũt nullam preſupponit/ſed eſt prima in genere cognitionũ. ¶ Ex his differẽtijs patet ratio propter quã aliqui ſenſus dicuntur exteriores ⁊ aliqui interiores: quia ſcilicet cognitio ſenſuũ exteriorũ cauſatur ĩmediate ab obiecto / vt habet eſſe extra in materia: interioꝝ vero ſenſuũ cognitio poteſt cauſari a ſpecie intus in ſenſibus exiſtente/que ſupplet vicem obiecti abſentis. Alia etiam cauſa ſolet cõmuniter aſſignari: quia organa ſenſuũ interioꝝ ſunt intra corpus: exterioꝝ vero in exteriori parte corporis: ſed hec cauſa eſt falſa de ſenſibus exterioribus: patebit cũ dicemus de organis ſinguloꝝ ſenſuũ. Circa predicta notandum eſt: ꝙ cognitio intuitiua ⁊ abſtractiua non differunt/niſi per rationes formales motiuas potentie: q̃a in cognitione intuitiua res vt eſt preſens in ſua ꝓpria exiſtẽtia eſt per ſe motiua potentie ad cauſandum cognitionem: Sed in cognitione abſtractiua per ſe motiuum ad cauſandum illam cognitionẽ eſt ſpecies / que eſt naturalis ſimilitudo rei repreſentatiua eiuſdem. Et ideo licet ſint de eodem obiecto tamen differunt ab inuicem ſpecie propter diuerſas rationes motiuas hic ⁊ ibi. Et hoc vult Scotus. xiij. q. q. Ex hoc ſequitur: ꝙ ſpecies ſenſibilis nullã habet actiuitatẽ reſpectu ſenſatiõis ſenſuum exterioꝝ: ſed illa ſenſatio cauſatur ĩmediate ab obiecto ⁊ a potẽtia: requirit̃ tamen ad illam ſenſationem ſpecies tanq̃ ꝑuius effectus ad aliũ effectũ: Nã obiectũ nunq̃ cauſaret ſenſationem/niſi prius cauſauerit ſpeciẽ: ſicut ignis nõ combureret/niſi prius calefaceret: licet calefactio non habet ſe actiue reſpectu combuſtionis/ſed ſolum diſpoſitiue: ⁊ hoc videtur etiam Scotus ſentire/diſt. ix. ij. reſpõdendo ad queſtionem.

Cur q̃dã ſenſus dicunt̃ exteriores/ q̃dam interiores.

Cognitionis intuitiue ⁊ abſtractiue.

Ad q̃d requirit̃ ſpecies ſenſibilis ĩ ſenſatione.

Apprehenſiue deforis ſunt quinq; ſpecies: ſcd̃m ꝙ ſunt quinq; ſenſus exteriores: qui conueniunt in hoc ꝙ omnes ſunt paſſiue potentie: propter quod obiecta eorum paſſibiles qualitates dicuntur.

Secũda particula: in qua autor determinat de ſenſibus exterioribus: primo generaliter: ſecũdo de vnoquoq; ſpecialiter. Circa primum tria facit. Primo: poſito numero ſenſuũ exterioꝝ / oſtẽdit eoſdem in hoc cõuenire q̃a ſunt paſſiue potentie: qḋ poteſt dupliciter intelligi. Uno modo reſpectu obiecti ⁊ ſic eſt verũ ſimpliciter. Nihil eñ agũt ſenſus in ſua obiecta: ſed ab eis patiunt̃ ⁊ alterant̃ de potẽtia ſentiẽdi in actũ. Et ideo qualitates ſenſibiles/ q̃ ſũt obiecta ſenſuũ/vocant̃ ab Ariſto. ĩ p̄dicamẽtis paſſibiles q̃litates: ꝓpter hoc ſcʒ/q̃a inferũt paſſionẽ ſenſibꝰ. Alio mõ reſpectu ſenſatiõis: quã licet ſenſus effectiue ꝓducat cũ obiecto/vt dictum eſt: tamen quia ſenſus dicitur ſentire non ideo q̃a ꝓducit ſenſationem/ ſed quia eam recipit: ſentire eñ eſt quoddam pati: hoc eſt recipere ſenſationem: ideo Ariſtote. qui loquitur de ſenſibus inquantum ipſis formaliter ſentimus/dicit eſſe eos potẽtias paſſiuas. De quo plura diximꝰ circa primã diuiſionẽ potentiaꝝ anime.

Quo͛ oẽs ſenſus ſũt potentie paſſiue.

Nota ad hoc ꝙ ſenſus actu ſentiat/quattuoꝛ requirūtur: duo
ex parte animalis/ſcilicet ſpiritus ⁊ oꝛganum : ⁊ duo ex parte
extrinſeci/ſcilicet obiectum ⁊ medium. Unde in abſtractione
foꝛma obiecti pꝛimo eſt in medio: ſecundo in oꝛgano:tertio in
ſpiritu:⁊ poſt hoc in ſenſu cōmuni.

Quattu/oꝛ reqrun/tur ad ſen/tiendum.

Secūdo oſtendit ꝙ vltra animā ⁊ potentiā ſenſitiuam quattuoꝛ requi
runtur ad ſenſationē. Pꝛimo oꝛganum:hoc eſt/pars coꝛpoꝛis
deputata ad certam operationē:ſecundo ſpiritus ſenſitiuus/qui eſt quoddam coꝛ
pus diaphanū:cū quo vis ſenſitiua a cerebꝛo per neruos defertur ad oꝛgana ſenti
endi:tertiū eſt obiectū ſenſibile:⁊ quartū mediū:quia vt dicit Ariſto.ſenſibile po/
ſitum ſupꝛa ſenſum non facit ſenſationē:⁊ ideo requiritur medium inter ſenſum.i.
oꝛganū ⁊ ſenſibile. Hoc aūt mediū in guſtu ⁊ tactu eſt intrinſecū/ſcꝫ caro : in alijs
aūt tribus eſt extrinſecū/vt aer vel aqua:ſicut dicitur in loco ſuo. Hec autē quattu
oꝛ hic enumerata requiruntur ad actum ſentiendi ſimpliciter. Sed vt ſenſus ſenti
endo non erret/tria requiruntur. Pꝛimo debita diſpoſitio oꝛgani : defectu cuius
lingua febꝛicitantis/que eſt amaris humoꝛibus infecta/iudicat oīa eſſe amara.
Similiter cū pueri in eodem loco pluries ⁊ velociter circūuoluūtur/putant oīa
circulariter moueri:⁊ ſimiliter ebꝛij:quia ſcꝫ talis eſt motus in ſenſitiuis eoꝝ. Ni/
hil eñ differt ſenſitiua aut ſenſibilia moueri: vt dicit Ariſtote.in lib.de ſen.⁊ ſen.
exēplificat de nauigantibus velociter circa ripam : quibus videtur arboꝛes cū ri/
pa moueri : quia ipſi mouentur. Pꝛopter eandem cauſam vnum quod tangit̄ di/
gitis tranſpoſitis/videtur tactui duo : ⁊ oculus euerſus digito a ſitu ſuo naturali/
oīa que videt indicat gemina. Secundo requiritur debita diſpoſitio medij:defe
ctu cuius in tenebꝛis nihil videmus:⁊ clarū viſum per nigrū apparet rubeum:vt
patet de flāma viſa per fumū groſſum:⁊ de ſole viſo per caliginē obſcuram. Pꝛo/
pter hoc etiā viſus quāto videt rē ꝑ mediū groſſius:tāto maioꝛē eandē iudicat:vt
patet de lapide viſo in aere ⁊ in aqua. Similiter viſus baculū cuius vna pars eſt in
aqua ⁊ alia in aere/iudicat fractū:⁊ multis alijs modis errat ſm variationem me
dij. Tertio requiritur debita diſtātia obiecti:defectu cuius ſol/qui eſt maioꝛ ꝙ̄ to/
ta terra/videtur bipedalis:ſemꝑ eñ res quāto videtur a maioꝛi diſtantia/tāto ap
paret minoꝛ. Cuius ratio eſt:quia viſio fit per modū pyramidalis figure:cuius co
nus eſt in oculo/⁊ baſis in re viſa:⁊ ideo quāto plus vel minus res eſt elongata:
tāto conus pyramidis per quā videt̄/eſt magis vel minus acutus ⁊c. ¶ Poſtea
autoꝛ cū dicit:vnde in abſtractiōe ⁊c.infert per modū coꝛrolarij modū ⁊ oꝛdinem
ſm quē multiplicatur ſpecies ſenſibilis/quā vocat foꝛmā. Nō eſt aūt imaginādū
ꝙ eadē numero ſpecies que pꝛimo eſt in medio/poſtea per abſtractionē eſſet in oꝛ/
gano:⁊ tandem ipſa eadē numero manēs ſucceſſiue moueret̄ vſqꝫ ad intellectum.
Sed illa abſtractio ſeu multiplicatio ſpeciei eſt ſimilis multiplicationi illarum ro
tularum/que generant̄ in aqua ab aliquo coꝛpoꝛe cadēte in aquā: vt dicit Ariſto.
in libꝛo de ſomno ⁊ vigilia. Sicut igitur ille rotule in aqua ſucceſſiue multiplicate
non ſunt eadem numero : ſic neqꝫ ſpecies que eſt in medio/eſt eadem numero cum

Ne ſen/ſus erret tria reꝗ runtur.

Quare res viſa ꝑ maioꝛē diſtantiā videt̄ mi noꝛ.

Qꝛ nō ea/dē ſpecies obiecti re cipit̄ i ſen ſum ꝗ fit in medio.

Illa que eſt in organo ſenſus exterioris vel interioris. Unde Sco. in. ij. diſt. ij. q. x. in fine: Nõ eſt (inquit) vna ſpecies in ſenſu/imaginatiõe ⁊ intellectu: ſed alia ⁊ alia nec ex hoc ſolũ ꝙ eſt in ſubiecto ĩmaterialiori/repreſentat vniuerſalius: quia ſi per impoſſibile illa ſpecies que eſt in ſenſu/eſſet in fantaſia: ⁊ illa q̃ eſt in fantaſia/eſſet in intellectu: non repreſentaret perfectius.

Item ſenſuum duo ſunt magis neceſſarij: ſcʒ guſtus ad diſcernendũ cibũ bonũ a malo: ⁊ tactus ad diſcernendũ ea que corrumpũt corporis exterius: ideo natura ordinauit illis mediũ intrinſecũ: ne ex parte medij eſſet defectꝰ. Alij tres ſunt de bene eſſe: ideo talibus medium nõ eſt innatum.

Duo ſenſus neceſſarij omni animali

Tertio ⁊ vltimo ponit̃ differentia inter ſenſus exteriores/accepta ex. ij. et iij. de anima: ⁊ de ſenſu ⁊ ſenſato. Et vult ꝙ ſolum duo ſenſus ſunt ita neceſſarij animali/ꝙ ſine eis impoſſibile eſt eſſe animal: ſcʒ guſtus: ꝑ quẽ diſcernit extriſeca corrũpẽtia: vt ẽ exceſſus calidi ⁊ frigidi ⁊ ſic de alijs nociuis: ⁊ ꝓpt̃ hãc neceſſitatẽ natura ordinauit his ſenſibꝰ mediũ innatũ ſeu intrinſecũ ꝑ qđ ſentiũt/ſcʒ carnẽ: ne ꝓpter indiſpoſitionẽ medij impediat̃ ab operationibꝰ ita neceſſarijs vite animaliũ. Reliqui vero tres ſenſus/ſcʒ viſus/auditus/⁊ odoratus: qui inueniunt̃ in ſolis aĩalibus ꝑfectis (que ſcʒ mouent̃ motu ꝓgreſſiuo) ſunt de bene eſſe: vt ſcʒ a longe precognoſcãt cõueniẽtia ⁊ nociua. Et in hoĩbus vltra hoc ſunt cauſa diſcipline: multũ eñ nos adiuuãt ſenſus/⁊ maxime viſus ⁊ auditꝰ in acq̃ſitiõe ſciẽtiarũ: vt dr in proemio metaphy. ⁊ in ſen. ⁊ ſen. ꝓpter hoc itaqꝫ hi tres ſenſus non ſimplr̃ neceſſarij ſunt aĩali: qꝛ põt ſine eis eſſe: natura minꝰ de ipſis ſollicita/ nõ dedit eis mediũ innatũ ſeu intrinſecũ: ſed opant̃ opatiões ſuas ꝑ mediũ extrinſecũ.

Quare q̃dã ſenſus ſentiunt ꝑ mediũ intraneũ: q̃dã per extraneum.

Obiectũ viſus eſt viſibile. Ad viſionẽ autẽ requirit̃ mediũ illuminatũ. Unde lux dicit̃ prout eſt in ſubiecto qđ eſt corpus luminoſum. In diaphano vero vel tranſparente vocatur lumen. Sed in terſo ⁊ denſo vocat̃ ſplendor. Radius autem ſuper lucem addit directionem: quia radius eſt lux directa. Medium viſus eſt tranſparens illuminatum. Organum autem

eſt oculus ad quem venit neruus opticus protenſus a cerebro vſq; ad pupillam. Et deinde ſpiritus viſibilis qui eſt incluſus in neruo/recipit coloris ſpecieȝ ab humore criſtallino/qui eſt in pupilla: ⁊ defert eam vſq; ad ſenſum cõmunem.

Quõ color eſt obiectũ adequatum viſus.
Utrũ lumẽ requiritur ꝑpt mediũ vł colorem.
Quõ lumẽ dicit formale coloris.

Hic autor in ſpeciali incipit determinare de ſingulis ſenſibus exterioribus. Et primo de viſu: cuius primo oſtendit obiectũ eſſe viſibile ſeu colorem: accipiendo colorem generaliter/vt ſe etiam extendit ad lucem ⁊ lumen: quomodo etiam accipitur ab Ariſtote. in lib. de ſen. ⁊ ſen. cum dicit: Oĩa corpora colore participant. Secundo dicit mediũ per qȝ fit viſio/eſſe diaphanum ſeu tranſparẽs vel perſpicuum: que omnia ſunt idem: quod debet eſſe illuminatum. Ad hoc eñ vt color videatur non ſolum oportet colorem eſſe illuminatnm/ſed etiam aliquo modo medium. Primũ patet: quia color non illuminatus/non eſt viſibilis potentia ꝓpinqua: vt vult hic Ariſtote. ⁊ Sco. xv. q. q. Unde etiam dicitur/ꝙ lumen ſit formale coloris: quod non eſt verum de colore abſolute: ita vt in colore ſint duo: ſcȝ perſpicuum vt materiale/⁊ lumen vt formale: cum color ſit qualitas ſecunda realiter inherens corpori terminato/ſiue illuminetur ſiue non: ſed quia color ſine lumine ſolum eſt viſibilis potentia remota: Illuminatus vero eſt viſibilis actu ſeu in potentia propinqua: Nam ſm Cõmen. iij. de anima/cõmen. v. lux facit colorem qui eſt in potentia eſſe in actu: ita ꝙ poſſit mouere diaphanũ. Ex quibus verbis Commen. patet/ꝙ lumen facit colores eſſe in actu: non primo/ſed ſecundo: hoc eſt/facit eos eſſe actu viſibiles. Qꝫ aũt ad viſionem requiratur medium illuminatum/patet per Cõmen. ibidem dicentẽ: ꝙ diaphanum non mouetur a colore: neq; recipit ipſum niſi quando lucet: hoc eſt/quando fuerit illuminatũ: cum de ratione coloris eſt/vt dicit Scot⁹. ij. de anima. ⁊ de ſen. ⁊ ſen. ꝙ ſit motiuus diaphani ſm actum: diaphanũ aũt non eſt in actu/niſi per lumen: vt patet de aere qui nõ eſt trãſparens niſi illuminetur. Unde diaphaneitas eſt quedam proprietas tranſparendi: ⁊ inuenitur principaliter in corporibus celeſtibus preter aſtra. Secũdo in igne qui eſt in propria ſphera. Tertio in aere. Quarto in aqua. Ultimo in quibuſdam mixtis/vt criſtallo/vitro ⁊c. ¶ Et qȝ facta eſt mẽtio de lumine: ideo autor incidẽtaliter ponit differentiã inter lucem/lumen/ſplendorem ⁊ radium: que ſtat in hoc: quia lux habet eſſe fixum in lucẽte/ſicut color in corpore colorato. Lumen vero eſt in diaphano quaſi ſpecies vel repreſentatio lucis/multiplicata a luce ſicut ſpecies coloris multiplicatur a colore. Unde lumen non habet ita eſſe fixum in diaphano ſicut lux in lucente vel color in corpore: quod patet ex hoc: quia moto localiter diaphano non mouetur lumen cum eo. Splendor eſt in corpore denſo ⁊ bene polito ſeu terſo. Radius vero eſt lumen multiplicatum imediate a luce. Et tale lumen dicitur primariũ: nã eſt aliud lumen ſecundariũ/quod multiplicatur ab ipſo lumine primario ſeu radioſo: quale eſt in vmbra. In hoc eñ diſtinguit vmbra a tenebra: quia tenebra eſt priuatio luminis tam primarij ꝗ̃ ſecũdarij: vmbra vero eſt priuatio luminis primarij tantũ. De his vide pulchre ſcribentẽ Scotum. xiij. diſtin. ij. ⁊ diuiſionẽ radij in rectũ/fractũ ⁊ reflexum. ¶ Deinde autor oſtendit oculum eſſe organum viſus. Circa quod ſciẽdum ſm Scotũ. iij. diſt. j. q. iiij. ꝙ licet oculus nõ ſit verum organum viſus: tamen quia eſt proximum vero organo/ideo dicitur eſſe

Diaphaneitas.
Differentia iter lucẽ/lumen/ſplendorẽ ⁊ radiũ.
Lumẽ duplex.
Differũt vmbra ⁊ tenebre.

organum. Unde ⁊ Ariſtoteles in libro de ſenſu ⁊ ſenſato dicit: Senſitiuum anime non eſt in vltimo oculi/ſed manifeſtum: quoniã interius. Quẽ textum exponens ſanctus Thomas/ dicit ꝙ organum viſus eſt iuxta cerebrũ: vbi cõiunguntur duo nerui optici ex oculis procedentes. Et paulo poſt Ariſtote. ibidem pupillam oculi vocat lampadem/per quam lumen exterius (id eſt ſpecies rei viſibilis) venit ad organum ſenſitiuum: ⁊ ideo quando vulneratis circa tẽpora preciduntur nerui optici: non poteſt lumen exterius peruenire vſq; ad organum verum viſus: ⁊ accidit cecitas. ¶ Ultimo eſt conſyderandum/ ꝙ oculus eſt compoſitus ex tribus humoribus: qui ſunt criſtallinus/albugineus ⁊ vitreus: ⁊ ex ſeptem tunicis ſeu pelliculis/que illos humores circundãt. Quorum declaratio ſpecialis queratur in anatomia oculi apud medicos/ vel in cõmuni perſpectiua. Nam ⁊ ibi pulchre tractatur compoſitio oculi.

De organo viſus.

Compoſitio oculi.

Proprium obiectum auditus eſt ſonus: qui fit in aere/ ⁊ ex colliſione duorum corporum fortiter adinuicem concuſſoruz violenter ⁊ velociter: cuius medium eſt aer continuatus aeri poſito intra concauitatem auris. Inſtrumẽtum auditus eſt tympanum auris: ad quod dirigitur neruus protenſus a cerebro continens ſpiritum audibilem. Echo eſt ſonus ſecundario reflexus propter aliquod obſtaculum. Sed vox eſt ſonus cauſatus ex repercuſſione aeris inſpirati ab anima ad vocalem arteriam cum imagine ſignificandi.

De auditu.

Autor determinans de auditu quattuor facit. Primo oſtendens ſonũ eſſe obiectum auditus adequatum / ponit ipſius ſoni diffinitionem: in qua tangit modum generationis eiuſdem. Et poteſt ſic breuiter declarari: Nam cum dicitur/qui fit in aere: tangitur ſubiectum ſoni: ⁊ in illo relatiuo/qui: intelligitur genus ſoni/quod eſt qualitas ſenſibilis. Deinde per hoc quod additur/duorum corporum: ſcilicet percutientis ⁊ percuſſi: tãgitur cauſa effectiua ſoni. Qualia autem debent eſſe corpora cauſantia ſonum/ circa Sũmulas Petri hiſpani ſolet declarari: ideo hic tranſeo ſilentio. Secundo autor oſtendit: ꝙ aer extrinſecus continuatus a loco percuſſionis vſq; ad aerem conatum/ que eſt intra aurem/eſt medium auditus: quia per ipſum ſonus multiplicatur orbiculariter vſq; ad organum auditus: eo modo quo dicitur per ſimile de rotulis in aqua. Et non debet intelligi/ ꝙ tm̃ aer ſit medium auditus: Nam ſm Ariſtotelem. ij. de anima/etiam au

Declaratio diffinitiõis ſoni

Medium auditus.

Organuꝫ auditus. dimus in aqua minus tamen ꝗ̄ in aere. Tertio aūt/ꝙ organū auditus eſt tympa- num auris.i.aer a natura inſitus auri:clauſus quedam pellicula que miringa di- citur. Unde organum auditus attribuitur aeri:ſicut organuꝫ viſus aque:olfact⁹ igni/guſtus terre:non ꝙ in cōpoſitione organi ſolum intret vnum elementū:quia organum cuiuſlibet ſenſus eſt mixtum ex omnibus elementis: ſed hoc intelligen- dum eſt ſm dominium vel quandam appropriationem. Quarto diffinit duas ſpe-

Echo. cies ſoni:quarū prima eſt echo: qui eſt ſonus reflexus propter aliquod obſtaculū a quo reuerberatur ſonus ī aere multiplicat⁹:ſicut eñ rotule facte in aq̄ ex lapidis proiectione/ſi repercutiatur ab aliquo corpore oppoſito:reflectuntur quodāmodo ad ſuū principium:ita ſonus ī aere multiplicatus ſi in multiplicatiōe ſua repercu- tiatur ad aliquod corpus obiectum/redit ad ſuum principium. Hec autem reper- cuſſio ſoni fit maxime a corpore concauo:⁊ quāto a propinquiori repercutitur/tan to fortius repercutitur. Sicut eñ in aqua circa locum percuſſionis ſunt rotule par ue ⁊ motus fortis:⁊ quanto plus recedunt/tanto ſunt rotule maiores: ſed ſemper motus in eis eſt debilior vſq; ad defectū:ita multiplicatio orbicularis ſoni in pro- ximo eſt fortior:ideo etiam ſonus clarius audit̄: in remotis vero debilior ⁊ obſcu-

Declaratio diffinitionis vocis. rius audit̄:donec illa multiplicatio deficiat. ¶ Ultimo autor ponit diffinitioneꝫ vocis:in qua primo ponitur ſonus generatus ex repercuſſione aeris inſpirati. Et loco huius Ariſtoteles.ij.de anima/ponit repercuſſio: ſed tunc non eſt predicatio formalis ſeu quidditatiua/ſed cauſalis. Uox eñ cuꝫ ſit qualitas/nō eſt formaliter repercuſſio:ſed ſonus generatus ex repercuſſione. Et additur aeris inſpirati:vbi tangitur cauſa materialis ſeu obiectum vocis. Natura eñ vtitur aere inſpirato: primo ad refrigerationem cordis/quod eſt membrum calidiſſimum in animali:ſe cundo ad formationē vocis. Poſtea tāgitur cauſa efficiens illius repercuſſionis cū dicitur/facta ab anima. Inſtrumentum autem quo attrahitur ⁊ expellit̄ aer/ eſt pulmo. Ex quo patet:ꝙ ſola animalia pulmonem habentia (quibus ſolis etiā cō- uenit reſpiratio) poſſunt formare voces: repercuſſio autem aeris cauſans vocem fit ad vocalem arteriā. Sunt eñ due vie ſiue meatus in gula: hoc eſt/anteriori par te colli. Una eſt ampla/per quam cibus ingreditur in ſtomachum:⁊ vocatur a me dicis meri vel iſophagus. Alia eſt arta/per quam aer ad pulmonem inſpiratur ⁊ expellitur:⁊ dicitur vocalis ſeu ſonans arteria. Ultimo tangitur cauſa finalis cuꝫ ſubiungitur/cum imagine ſignificandi:⁊ hoc vel naturaliter/vel ad placitū.

De olfactu. Obiectum olfactus eſt odor reſolutus per calorem a re odo- rifera:cuius medium eſt aer vel aqua. Organum autem ip- ſius ſunt due carnuncule protenſe a cerebro/ſimiles duobus capitibus mām̄illarum/per quas venit ſpiritus odorabilis.

Determinans autor de tertio ſenſu exteriori ſcilicet olfactu/tria facit. Primo oſtendit:ꝙ odor reſolutus a re odo rifera per calorem eſt obiectum proprium olfactus. Qz autem reſolutio odoris fi- at per calorem/patet:quia reſolutio odoris non fit ſine fumali euaporatione. Fu- malis vero euaporatio fit per calorem:cuius eſt dilatare ⁊ reſoluere. Unde ſicut fri giditas impedit reſolutionem odorum ⁊ reſultos odores extinguit:ita caliditas il lam reſolutionem promouet. Et hec eſt cauſa/quare cloace ⁊ alia loca fetida min⁹

in hyeme q̄ in eſtate fetent. Sunt autem odores duplices ſm Ariſtotelem in lib. de ſenſu ⁊ ſenſato. Quidam enim ſunt delectabiles per ſe: ⁊ quidam per accidens. Odores delectabiles per ſe ſunt qui equaliter delectant eſurientes ⁊ repletos: ſicut ſunt odores florum: ⁊ hi ſunt proprij hominum/ vt eorum caliditate temperetur frigiditas cerebri. Illi vero odores ſunt delectabiles ſm accidens: qui non ſm ſe/ ſed ratione nutrimenti cuius ſunt paſſio/ delectationem afferunt: vt ſunt odores ciborum/ qui delectant ſolum eſurientes ⁊ non repletos: ⁊ tales odores ſunt cõmunes hominibus cum multis alijs animalibus. Secundo autor oſtendit medium olfactus eſſe aerem vel aquam: animalia eñ reſpirantia ſentiũt odores in aere: piſces vero in aqua a longe odorant alimentum. Ultimo oſtendit organum odoratus non eſſe naſum (quia naſo abſciſo olfactus non amittitur) ſed duas carnunculas intra craneum in concauitate emunctorij narium. Et quia homo ſm proportionẽ quantitatis ſui corporis habet cerebrum maximum inter omnia animalia: ideo propter propinquitatem organi odoratus ad cerebrum/ homo habet prauum odoratum. Nam frigiditate cerebri organum odorandi (quod debet eſſe potentia calidum) maxime indiſponitur in hominib⁹: ⁊ non immutatur niſi a magnis odorib⁹. Dedit aũt natura homini maximum cerebrum propter duo. Primo/ vt liberius in eo perficerentur operatiões interiorũ viriũ ſenſitiuarum: que ſunt neceſſarie ad intellectus operationem. Secundo/ vt frigiditas cerebri temperaret calorẽ cordis: quẽ neceſſe eſt in hoĩe abundare ad hoc vt hõ ſit recte ſtature: vt dicit Ariſtote. in lib. de ſomnio ⁊ vigilia. Ex hoc etiã patet/ quare in hominibus reumata multa fluant a cerebro. Nã vapores virtute caloris eleuati a nutrimento vſq ad caput propter magnitudinẽ cerebri frigidi/ cito ingroſſantur ⁊ deſcendentes multas faciunt reumaticas infirmitates. Ideo etiam in adiutorium ſanitatis contra magnã frigiditatem cerebri dati ſunt a natura hominib⁹/ ⁊ nõ alijs aĩalib⁹ odores florum ⁊ aromatũ: quorum caliditate illa frigiditas tẽperetur.

Duplices odores. — Medium olfactus. — Organum olfactus. — Quare hõ prauũ habet olfactũ. — Qure hõ habet maximũ cerebrũ.

De guſtu.

Obiectum guſtus eſt ſapor: cuius medium eſt duplex: ſcilicet intrinſecum/ vt caro poroſa in ſuperficie lingue: que reddit ſaporem ſpiritui/ qui eſt in neruo interiori. Sed extrinſecum medium eſt humiditas ſaliualis.

Autor circa guſtum breuiſſime tangit tria: ſicut fecit ⁊ circa alios ſenſus. Primo dicit obiectũ guſtus eſſe saporẽ: quẽ ſic diffinit Ariſtote. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: Sapor eſt paſſio humidi facta a ſicco mediãte calido/ alteratiua guſtus de potentia ad actũ. In qua diffinitione primo tãgit genus cum dicitur/ paſſio: ſignificans qualitatem ſenſibilem de tertia ſpecie qualitatis. Secundo cum additur/ humidi: tangitur proprium ſubiectum saporis. Nam ſicut odor magis ſequitur ſiccum: ſic ſapor humidum. Tertio cum dicitur/ facta a ſicco ⁊c. tangitur cauſa effectiua: ſiccum eñ terreſtre alteratũ a calido eſt cauſa effectiua saporis. Ultimo tangitur cauſa finalis cum dicitur/ alteratiua guſtus ⁊c. Secundo autor oſtendit: q medium guſtus/ id eſt virtutis perceptiue saporum eſt duplex. Quoddam eſt intrinſecum/ quod ſcilicet eſt pars ipſius animalis: vt eſt caro linguẽ. Aliud extrinſecũ/ quod ſcilicet nõ eſt pars animalis: ſed eſt de natura alicui⁹ elementi: vt eſt humiditas ſaliualis. Nam cum humiditate ſaliuali sapor defertur

Saporis diffinitio. — Mediũ guſtus.

Organuz guſtus.

per carnem lingue poroſam vſq; ad neruum intrinſecum lingue: in quo neruo eſt virtus perceptiua ſaporum. Et ibi tãgitur tertium/ſcilicet organum guſtus: quod eſt neruus intrinſecus lingue/ ⁊ non tota lingua.

De tactu.

Tactus vero poteſt nominari ab eo quod tangit ⁊ ſentit: ⁊ ſic eſt vnus ſenſus: cuius obiectum eſt tangibile: vel ab his que ſentiuntur: ⁊ ſic ſunt quattuor ſenſus. Apprehendit eñ calidum ⁊ frigidum: ſecundo humidum ⁊ ſiccum: tertio aſperum ⁊ leue: quarto graue ⁊ leue. Cuius organum eſt neruus expãſus per totum corpus in animali: ⁊ eius mediũ eſt caro.

Quõ tactus ẽ vnꝰ ſenſus.

Circa vltimum ſenſum exteriorem autor quattuor facit. Primo oſtendit ꝙ tactus denominatus a potentia que ſentit: vel ab organo / per quod vt inſtrumentum potentia ſentit/eſt vnus ſenſus. Si vero tactus denominatur ab his que ſentiuntur: ⁊ ſic non eſt vnus. Quilibet eñ vnus ſenſus tñ vnam contrarietatem ſentit/ vt dicit Ariſtoteles.ij.de anima. Contrarietates autẽ tangibiles/ id eſt que tactu/percipiuntur ſunt ſeptem ſm Ariſtotelem.ij.de generatione: licet hic ſolum quattuor enumerantur. Prima eſt calidi cum frigido: ſecunda ſicci cuz humido: tertia aſperi cum leui: quarta grauis cũ leui: quinta ſubtilis cum groſſo: ſexta mollis cum duro: ſeptima lubrici cum arido. Omes tñ he contrarietates tãgibiliũ reducũtur ad primas duas/ que ſunt inter quattuor qualitates primas: vt dicit Ariſtoteles ibidem: ⁊ ideo tactus ad minus eſt ſenſus duarum contrarietatum. ¶ Ad clariorem intellectionẽ huius diſtinctionis de vnitate tactus/notande ſunt due diſtinctiones: quaꝝ prima eſt hec. Tactus poteſt capi tripliciter. Uno modo pro potentia tactiua: ſecundo pro organo ipſius potentie: ⁊ his duobus modis tactus eſt vnꝰ ſenſus. Tertio modo poteſt tactus accipi pro diſpoſitione qualitatiua ſm quã organũ tactus eſt in potentia/ vel diſpoſitũ ad recipiendũ plures cõtrarietates tangibiliũ: ⁊ ſic non eſt vnus ſenſus/ ſed ad minꝰ duo: ſicut ſunt due cõtrarietates primaꝝ q̃litatũ/ que ſunt prima tangibilia. Secũda diſtinctio: Unitas ſenſus poteſt eſſe duplex. Una intrinſeca ⁊ entitatiua ſeu formalis: quã ſcilicet habet a ſua propria entitate: quamlibet eñ entitatẽ cõſequitur ꝓpria vnitas/ vt iã ſepius dictũ eſt: ⁊ ſic tactus eſt vnus ſenſus. Alia eſt extrinſeca ⁊ obiectiua: quam habet ſenſus ex hoc ꝙ ordinatur ad vnũ vl'ad plura obiecta: ⁊ tali vnitate tactus non eſt vnus ſenſus: quia naturaliter ordinatur ⁊ diſpoſitꝰ eſt ad percipiẽda multa obiecta: que non poſſunt reduci ad vnã contrarietatẽ/ vt iã patuit. Et ex his iã patet ſecundũ circa tactum conſyderandum/ſcilicet ꝙ obiectum tactus eſt qualitas tangibilis. Tangibiles aũt qualitates ſunt quattuordecim facientes ſeptem contrarietates/ vt dictũ eſt: reducuntur tamen ad quattuor primas qualitates: ſcilicet calidũ/frigidũ/ſiccũ ⁊ humidũ. Tertio oſtendit: ꝙ organũ tactus eſt neruus a cerebro egrediens/extenſus per totũ corpus. Quarto ponit: ꝙ mediũ tactus eſt caro totius corporis.

Septẽ cõtrarietates tangibiliũ.

Acceptiones tactꝰ.

Quot ſūt ſenſibilia cōmunia.

Senſibilia cōmunia ſunt quinqꝫ: ſcilicet motus/ quies numerus/ figura ⁊ magnitudo: quę dicuntur communia/ quia a pluribus ſenſibus particularibus ſentiuntur. Item excellens ſenſibile corrumpit ſenſum: quia organum debet eſſe in quadam proportione media. Item ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nō facit ſenſationem.

Cur mot⁹ ꝗes ⁊c. dicunť ſenſibilia communia.

Autor in fine circa ſenſus exteriores ponit tria notabilia. In primo enumerat quinqꝫ ſenſibilia cōmunia: ⁊ ſubiungit/ ꝙ dicuntur ſenſibilia communia: quia ſentiuntur a pluribus ſenſibus particularibus ſeu exterioribus/ vt a viſu ⁊ tactu. Ex quo ſequitur: ꝙ non ideo dicuntur ſenſibilia communia quia ſentiantur a ſenſu communi: quia hoc etiam conuenit ſenſibilibus proprijs: nec etiā ideo ꝙ ab om̄ibus ſenſibus exterioribus/ ſed ſufficit ꝙ a pluribus.

Sēſibilis diſtinctio

¶ Circa quod notabile conſyderandum eſt: ꝙ ſenſibile. i. id quod cognoſcitur a ſenſu/ eſt duplex ſm Ariſto. ij. de anima: ſcꝫ per ſe ⁊ per accidens. Senſibile per ſe eſt quod īmutat ſenſum per ſpeciem propriā: ⁊ illud eſt duplex/ ſcꝫ proprium ⁊ cōe. Propriū eſt quod ab vno ſolo ſenſu per ſe cognoſcitur: vt color eſt obiectū ꝓpriū viſus/ ⁊ ſonus auditus ⁊c. vt iā patuit. Senſibile cōmune eſt quod a pluribus ſenſibus cognoſcitur: ⁊ talia ſunt quinqꝫ/ vt patet in textu. Senſibile per accidens eſt quod cognoſcitur a ſenſu nō per ſpeciem ꝓpriam/ ſed per ſpeciē alterius: ⁊ illud eſt triplex. Quoddam em̄ ſentitur per ſpeciem ſui effectus: vt cāpana auditur per ſonum. Secundo aliquid ſentitur per accidens: quia ſentitur per ſpeciem ſui accidētis/ vt homo videtur per figurā ⁊ colorē. Tertio aliquid dicitur ſenſibile per accidens: quia cognoſcitur per priuationē ſenſibilis per ſe: vt tenebre videntur per accidens/ ſcꝫ priuationē luminis: ⁊ ſilentium auditur per priuationē ſoni: vt etiā tangit Scotus in. ij. meta. q. iij. ¶ Poſtea autor in notabili ſecūdo ⁊ tertio ponit duas ꝓprietates ſenſus in ordine ad ſenſibile. Prima eſt hec: ſenſibile excellens corrūpit ſenſum. Cuius rationē ſubiūgit: quia ſenſus eſt potentia organica: ita ꝙ nō eſt aliq̄d preciſe ipſius anime: ſed eſt vel forma toti⁹ ipſius organi. i. cōpoſiti ex anima/ vt eſt principiū talis operationis ⁊ ex parte corporis: vel eſt aliquid cōſequēs illā formam totius/ vt dicit Scotus. q. viij. q. Sed organum debet habere tale cōtemperamentum primarū qualitatū/ vt ſit capax ſpecierū ſui ſenſibilis. Huiuſmodi autem cōtemperamentū corrūpitur ab excellenti ſenſibili: ſicut cōſonantia chordarum corrumpitur percuſſis fortiter chordis: ergo ⁊ ſenſus qui non poteſt cōſeruari ſine illo tēperamēto. Non ſolū autē ſenſus corrūpiť ab excellenti ſenſibili: ſed etiā a quocunqꝫ/ ſi exceſſerit tempus in quo natū eſt operari: vt dicit Ariſtoteles in lib. de ſom. ⁊ vigi. Cuiuſlibet em̄ virtutis naturalis determinatū eſt op⁹ ſm naturam: ⁊ ideo neceſſe eſt talem virtutē deficere/ quādo exceſſerit operando tempus in quo natū eſt operari: vel quando operatur excellentiorē operationē/ q̄ꝫ ꝓportio ſue virtutis requirit: ſicut ſi viſus videat aut excellentius viſibile/ puta lucem ſo/

Cur excellens ſenſibile corrūpit ſenſū.

lis/aut proportionabile:ſed longiori tẽpore q̃ ſit a natura determinatum: neceſſe eſt talem viſum deficere ⁊ corrumpi. Ex hoc patet differentia inter ſenſum ⁊ intellectum/quam ponit Ariſtoteles.iij.de anima. Senſus enim corrumpitur ab excellẽti ſenſibili: quod ſoluit illam mediam proportionem / in qua conſiſtit bona diſpoſitio organi. Intellectus vero quia non habet organum/nõ corrumpitur ab excellenti intelligibili:ſed magis perficitur. Et ideo intellectus intelligẽs excellens intelligibile/non minus imo clarius poteſt intelligere parum. Non ſic eſt de ſenſu: Nam viſus qui intuebatur excellens viſibile/conuerſus ad minora viſibilia non poteſt ea videre. In vltimo notabili ponitur ſecunda proprietas:⁊ eſt hec: Senſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem: vt color poſitus ſupra oculum non poteſt videri ⁊c. Unde circa quemlibet ſenſum dictum eſt eius medium / per quod ſenſibile vnitur ſenſui. Declaratio autem huius proprietatis patet ex his que dicta ſunt circa differentias inter potentiam ſenſitiuam ⁊ vegetatiuam:⁊ iterum alibi.

Quare intellect⁹ nõ corrũpitur ab excellenti intelligibili.

De ſenſib⁹ interioribus.

Potentie apprehenſiue deintus ſunt quinq̃: ſcilicet ſenſus communis/ imaginatio / formatiua ſiue fantaſia/ eſtimatiua ⁊ memoratiua.

In hac tertia particula autor determinans de ſenſibus interioribus/ duo facit. Primo enumerat quinq̃ ſenſus interiores:ſecũdo determinat de vnoquoq̃ in ſpeciali. Circa primum eſt ſciendum: ꝙ de numero ſenſuum interiorum diſcordat Ariſtoteles ab Auicenna. Ariſtoteles enim ſolum ponit vnum ſenſum interiorem/ſcilicet ſenſum cõmunem: cuius organum dicit in libro de ſomno ⁊ vigilia/eſſe cor:fantaſiam vero ⁊ memoriam etiam ponit:non tamen tanq̃ potentias/ſed vt aliquid ad ſenſum cõmunem pertinens: vt patet ex diffinitione fantaſie/ quam ponit ſecũdo de anima:⁊ ex diffinitiõe memorie/ quam ponit in libro de memoria ⁊ reminiſcentia: que diffinitiones locis ſuis dicentur ⁊ declarabuntur. Auicenna autem in ſexto naturalium (quem hic noſter autor ſequitur) ponit quinq̃ ſenſus interiores ⁊ organa eorum in cerebro. Situs autem ⁊ diſtinctio organorũ omnium ſenſuum interiorum ſic colligitur ex dictis Auicenne/ſexto naturaliũ/⁊ ſcđa ſen.primi canonis/doctrina ſexta/ capitulo de virtutibus animalibus cõprehẽdẽtibus. Cerebrum enim diuiditur in duas partes: ſcilicet in anteriorẽ/ que eſt maior:⁊ poſteriorem/que eſt minor. Et in parte anteriori ſunt duo ventriculi: vn⁹ altior alio ⁊ ante alium. In quorum primo eſt ſenſus cõmunis: ad quem velut ad centrum concurrunt omnes nerui ab organis ſenſuum exteriorũ. In ſecundo ventriculo eiuſdem partis anterioris cerebri eſt imaginatio. In parte autẽ cerebri poſteriori eſt tãtũ vnus vẽtriculus/in quo eſt vis memoratiua. Inter iſtas duas partes eſt vnus ventriculus medius:habens duas partes/ vnam ſuperiorem ⁊ aliam inferiorem: ita ꝙ vna eſt poſita ſupra aliam. In inferiori igitur parte vẽtriculi medij eſt cogitatiua ſeu fantaſia: in ſuperiori autem parte eiuſdem ventriculi eſt eſtimatiua. Sanctus autem Thomas in prima parte.q.lxxviij.articulo.iiij.non ponit fantaſiam diſtinctam ab alijs. Ideo ſolum ponit quattuor ſenſus interiores: quorum duo ſcilicet ſenſus cõmunis ⁊ eſtimatiua/ſunt potẽtie apprehenſiue:⁊ relique due ſolum retentiue: ita ꝙ imaginatio ſit theſaurus ſpecierũ ſenſibiliũ/que cognoſcuntur a ſenſu cõmuni:⁊ vis memoratiua ſit theſaurus ſpecierũ non ſenſibiliũ/ſed elicitarũ ex ſenſibilibus per eſtimatiuã.

Ariſtote. poſitio.

Situs ⁊ diſtinctio ſenſuũ interiorũ.

Sancti Thome poſitio.

Senſus communis eſt vis apprehenſiua omnium obiectorū ſenſuum particularium per omnes differentias omnium ſenſatorum: qui ſe habet ad ſenſus exteriores / ſicut centrum in circulo ad circunferentiam: quia ſpecies omnium ſenſibiliū exteriorum veniunt ad ſenſum communem. Cuius tres ſunt actus. Primus eſt conuertere ſe ſuper actus particularium ſenſuum: ⁊ ſic dicit / video me videre. Secundus eſt ponere differentiã inter obiecta ꝑticulariū ſenſuū: ⁊ ſic dicit / albū nõ eſt dulce. Terti⁹ ẽ appꝫ̃hẽdere rẽ in loco in quo nõ eſt / ſed erit: ⁊ ſic appꝫ̃hẽdit ſtillã directe cadẽtẽ ſuꝑ terrã q̃ſi lineã cõtinuã. — De ſenſu cõmuni.

Hic autor ſpecialiter de quolibet quinq̃ ſenſuuꝫ interiorum determinat. Et principaliter de ſenſu cõmuni: vbi tria facit. Primo eum diffinit: ſecundo ad ſenſus exteriores cõparat: tertio tres eius actus ponit: que omnia patent in textu. ¶ Ad quorum clariorem intelligentiam conſyderandum eſt / ꝙ exteriores ſenſus dicunt̃ ꝑticulares. Et iſte primus ſenſus ĩterior dicit̃ cõmunis nõ cõmunitate predicationis: quia ſenſus cõmunis de nullo ſenſu exteriori predicari poteſt: ſed dicitur cõmunis ꝑmo ideo: quia eſt origo oĩm ſenſuū exteriorū: a ſenſu em̃ cõmuni oriuntur oĩa organa ſenſuū exteriorū: ſicut plures linee oriuntur ex vno centro circuli: ⁊ ideo ſenſus cõmunis ab Ariſto. ſolet appellari primū ſenſitiuū. Secūdo: quia ipſe iudicat de obiectis ⁊ de actibus oĩm ſenſuū exterioꝝ. Et ideo oĩa ſenſibilia cognoſcit que cognoſcuntur a ſenſibus exterioribus: differenter tñ cū ſenſibus exterioribus: quia ſenſus exteriores cognoſcūt ſenſibilia ſolū cognitiõe intuitiua: hoc eſt / ſolū tunc qñ obijciunt̃ ſenſui exiſtẽtia ⁊ ꝑ̃ſentia vel breui tẽpore poſt: vt illis ſenſib⁹ quoꝝ ſenſibilia multiplicãt ſuas ſpecies cū motu locali vel ſucceſſiue: ſed ſenſus cõmunis cognoſcit rẽ etiã in eius abſentia: dūmõ habeat ſpeciẽ eius apud ſe: vt cõtingit in ſomnis. Nã ſomniū eſt paſſio primi ſenſui ſeu ſenſus cõis / vt dicit Ariſto. in li. de ſom. ⁊ vigi. ⁊ tangitur in textu ſequenti. — Cur ꝑm⁹ ſenſus interior dicitur cõmunis: ⁊ exteriores particulares ſenſus.

Imaginatio eſt ſenſibilium proprietatum obiecto abſen-

te perceptio. Et differt a ſenſu cõmuni: quia ſenſus cõmunis indiget pręſentia obiectorũ rei/niſi in ſomnis: imaginatiua vero non. Item ſenſus cõmunis non ſeruat idolum ſiue ſpeciez receptam ab obiecto in abſentia: ſed imaginatio ſeruat eã vſqꝫ ad abſtractionem/ quę fit per intellectum agentẽ.

Officium imaginationis.

Determinat de ſecundo ſenſu interiori / ſcꝫ de imaginatione: circa quam duo facit. Primo ponit eius diffinitionẽ: circa quod eſt conſyderandũ/ ꝙ imaginatio non capitur hic pro actu potentie imaginatiue/ ſed pro quadam potentia ſenſitiua interiori: cuiꝰ officiũ ſm Auicennã lib. naturaliũ/ par. iiij. cap. j. eſt retinere illud quod ſibi traditur a ſenſu cõmuni. Retinet eñ ſpecies illoꝝ q̃ cognoſcuntur tã a ſenſibus exterioribus q̃ꝫ a ſenſu cõmuni: nõ tñ cognoſcit ſicut ſenſus communis / aut ſenſus exteriores. Ex quo ſequitur / ꝙ perceptio in diffinitione imaginationis idem eſt ꝙ potentia receptiua ⁊ retentiua ⁊ non cognitiua: ſenſibilium ꝓprietatũ. i. fantaſmatũ ſeu ſpecierũ ſenſibiliũ: abſente obiecto. i. in abſentia rei ſenſibilis. Ex qua diffinitione patet: ꝙ imaginatio eſt quaſi theſaurus ſpecierũ ſenſibiliũ. ¶ Poſtea autor ſubiungit duas differentias inter imaginationẽ ⁊ ſenſum cõmunem. Prima differentia: quia ſenſus cõmunis cognoſcit ſingula ſenſibilia mediantibus ſenſibus exterioribus/ quoꝝ ſunt illa ꝓpria ſenſibilia: cognoſcit eñ colorẽ per viſum/ ſonũ per auditũ ꝛc. vt dicit Ariſto. in lib. de ſen. ⁊ ſen. prope finem. Et ideo ſicut ſenſus exteriores indigent pręſentia obiecti: ita ⁊ ſenſus cõmunis. Et hoc verũ eſt in vigilia: Nã in ſomnis ſpecies reſeruate/ in imaginatiõe redeunt ad ſenſum cõmunẽ: ⁊ ſenſus cõmunis ita per ſpecies illas cognoſcit res quaꝝ ſũt ſpẽs/ q̃ſi tũc ꝑmũ eſſent recepte ꝑ ſenſus exteriores a rebꝰ ꝑ̃ſentibꝰ: ⁊ ideo tũc cõtingit ſomniũ. Secunda differentia: quia ſenſus communis non retinet apud ſe ſpeciem ſenſibilem/ niſi dũ actu cognoſcit per ipſam vel breui tꝑe poſt/ ſi fuerit fortis ĩpreſſio: ⁊ q̃a in ſomno occurrunt alia ⁊ alia idola ſeu fantaſmata ſenſui cõi: ideo aliud ⁊ aliud videmus ꝑ ſomniũ: ⁊ eodem ordine cognoſcuntur quo veniunt ad ſenſum cõmunẽ. Imaginatio vero ſeruat fantaſma lõgo tẽpore: a quo fantaſmate poſtea abſtrahitur ſpecies intelligibilis per intellectũ agentem. Sic intelligendo hanc abſtractionem / intellectus agens concurrens cum fantaſmate/ tanq̃ꝫ due cauſe partiales cauſant effectiue ſpeciem in intellectu poſſibili: ſicut lumen dicitur abſtrahere ſpeciem coloris a colore: quia ſcilicet lumẽ concurrens cum colore ſicut due cauſe partiales/ cauſant ſpeciem viſibilem in diaphano. Nam ſicut ſe habet lumen ad colores / ita intellectus agens ad fantaſmata: vt dicit Cõmen. iij. de anima/ cõmen. v.

Quõ intellectus agẽs abſtrahit ſpeciẽ a fãtaſmate.

Formatiua eſt potentia componens ſpeciem cum ſpecie: ⁊ facit mirabilia monſtra/ ſcilicet chimeras: que ab alijs etiam

vocatur fantaſia. Diffinitur autem ſic: Fantaſia eſt motus factus a ſenſibus qui ſunt extra: vnde ⁊ fantaſia dicitur apparitio ſiue viſio.

Determinat de tertio ſenſu exteriori/ſcilicet de potētia formatiua. Et duo facit. Primo eam diffinit: ſecundo nomen eiꝰ aliud declarat. ¶ Ad quoꝝ declarationem ſciendum: ꝙ officium formatiue/vt dicit Auicen. eſt facere compoſitionem inter ea que conſeruantur in imaginatione: hoc eſt/componere ſpeciem cum alia ſpecie: vt etiam dicitur in eius diffinitione poſita in textu. Et per hanc potentiam poſſumus facere varia monſtra componēdo aliqua que in re nunq̃ ſunt compoſita: cum eñ habemus in imaginatione ſpecieꝫ ſolis ⁊ viridis ſeorſum componendo ea adinuicem cognoſcimus viridem ſolem: excogitantes aureum montē mcompōnendo ſpeciem auri cum ſpecie montis: ſimiliter chimeram/componendo incompoſſibilia adinuicem. Nam chimera fingitur ex capite leonis/ventre capre/cauda ſerpētis. ¶ Poſtea autor dicit/ꝙ iſte ſenſus ab alijs vocaṫ fantaſia: vt ab Egidio romano. Unde in. iiij. quodli. q. xx. dicit: ꝙ fantaſia plus poteſt duabus potentijs premiſſis: quia non ſolum ſpeciem recipit/ quod facit ſenſus cōmunis: ⁊ retinet/q̃d facit imaginatiua: ſed etiā componit vnā ſpeciem cum alia. Sanctus vero Thomas/parte. j. q. lxxviij. articulo vltimo/fantaſia non diſtinguit ab imaginatione. Et eiuſdem opinionis videtur eſſe Scotus in. j. metaphyſi. q. iij. ⁊ in. iiij. ſen. diſt. x. q. vij. de actione immanente: vbi dicit/ꝙ imaginatio eſt motus factus a ſenſu ſm actum: ⁊ hec eadem eſt diffinitio fantaſie/ vt patet. ij. de anima: ⁊ hic etiam ponitur in textu. Per hanc autem diffinitionem diffinitur fantaſia ſm intentionem Ariſtote. non pro potentia: quia vt dictum eſt Ariſtoteles ſolum vnicum poſuit ſenſum interiorem/ ſcilicet ſenſum cōmunē: ſed pro apparitione fantaſmatum in ſenſu interiori. Nam fantaſma eſt ſpecies ſenſibilis recepta in ſenſus interiores: ⁊ motus ſeu apparitio illius fantaſmatis in ſenſibus interioribus/dicitur fantaſia. Fantaſia eñ dicitur quaſi apparitio vel viſio: vt hic ponitur in textu. ij. de anima. Ex his patet ſenſus diffinitionis fantaſie/que ſic exponitur: Fantaſia eſt motus factus/ſcilicet in ſenſu cōmuni ſm Ariſtote. vel ſm alios/in virtute formatiua a ſenſu ſm actum: vel ſm textum autoris/a ſenſibꝰ qui ſunt extra: quoniam ſenſibili ſpecies non mouet ſenſum interiorem/niſi prius imutata fuiſſet in ſenſu exteriori.

Officium formatiue.

Expoſitio diffinitionis fantaſie.

Eſtimatiua/que ⁊ cogitatiua dicitur: cuius officium eſt elicere intentiones non ſenſatas ex ſenſatis/ vt intentionē amicitie ⁊ inimicitie: ⁊ per iſtā potētiam ouis iudicat lupū eſſe inimicū.

Notificat autor quartū ſenſum interiorē. Primo eiꝰ ponēs duo noīa: q̃ꝝ p̄mū eſt eſtimatiua: ſecūdū cogitatiua. Et ſm Cōmen. ſic diſtinguunṫ noīa huius potētie: vt cogitatiua ſit in hominibꝰ: eſtimatiua vero in brutis. Licet ſm Auicen. tertius ſenſus/quē dixit autor formatiuā/dicaṫ virtꝰ co/

Quō differūt cogitatiua ⁊ eſtimatiua

Officium eſtimatiue. gitatiua. Scd̃o ponit officiū ſeu actus eſtimatiue: qui eſt vt ex ſpeciebꝰ ſenſatis. i. his que cadunt ſub apprehēſione alicuius ſenſus exterioris / quaſi ꝑ ſuffoſſionē eliciat intentiões nõ ſenſatas. i. ea que nunq̄ ceciderūt ſub apphenſione alicuiꝰ ſenſus exterioris: vt ouis ex figura / colore / motu ⁊ voce lupi / que ſunt ſpẽs ſenſate: elicit ſpeciē inimicicie / que eſt intẽtio nõ ſenſata: ⁊ ſilr ex voce matris elicit ſpeciē amicitie. Scotus tamen in. iiij. diſtin. j. q. j. dicit falſum eſſe / ꝙ ouis ex ſpeciebus ſenſatis eliceret intentiones non ſenſatas: ſi placet / lege ibi

Memoratiua dicit eſſe potentia recipiēs intẽtiones ⁊ eas conſeruans: vnde ⁊ theſaurus intẽtionū dicitur. Cuius actus eſt memoratio vel memorari: vnde per ea que aduertit / memorat ea que prius aduerterat.

Determinat autor de vltimo ſenſu interiori / ſcꝫ de virtute memoratiua: quã primo diffinit: ſcd̃o eius actū oſtẽdit. Circa
Duplex memoria. qđ cõſyderãdū eſt p̃mo: ꝙ memoria in hoĩbus eſt duplex: quedã eſt intellectiua / de qua loco ſuo dicet: ⁊ quedã ſenſitiua / de qua nũc agit. Senſitiua memoria põt
Memorie diffinitio. capi dupliciter. Uno mõ ꝓ actu memorãdi: ⁊ ſic de memoria loquit Ariſto. in li. de memoria ⁊ reminiſcentia. vbi vult diffiniẽdo memoriã / ꝙ memoria nihil aliud ſit q̄ retentio habitualis cognitiõis ſenſitiue vel intellectiue: cū factū fuerit aliqđ tẽpus. Ultimã partē diffinitionis declarãs Ariſto. ibidē dicit: ꝙ illiꝰ qđ nunc cognoſcimus nõ eſt memoria: nã ſenſus eſt pñtis / ⁊ ſpes futuri / pti vero memoria: et ideo ſemꝑ memoria eſt poſt tẽpus: qđ debet eſſe mediū inter cognitionē cuius eſt memoria / ⁊ ipam memoriã. Et hoc etiã pulchre declarat Sco. in. iiij. diſ. xlij. dicẽs ꝙ ad hoc ꝙ memoremur / requirit ꝙ aliquis actus humanꝰ ſit p̃teritus: qui quidē actus humanus cū obiecto eius eſt totale obiectū memorie: ſolū em̃ memoramur
De obiecto memorie. id qđ prius ſenſimus aut intelleximꝰ. Ex quo ſequit ꝙ memoria habet duplex obiectū partiale. Unū ꝓpinquū: ⁊ illud eſt cognitio preterita: ⁊ ſic verū eſt ꝙ memoria ſemꝑ eſt p̃teritorū. Aliud eſt obiectū remotū: ⁊ eſt illud de quo fuit cognitio p̃terita / que eſt obiectū ꝓximū memorie: ⁊ ſic memoria poteſt eſſe pñtis: nã res dudum a nobis cognita põt adhuc eſſe pñs: vt hec noſtra domus. Differt aũt memo
Drñtia inter memoriã ⁊ reminiſcentiã. ria a reminiſcẽtia ſm Ariſto. qꝛ memoria eſt retẽtio habitualis noticie: reminiſcentia vero reſumptio noticie oblite ꝑ aliquod principiū in memoria retentū. Uñ non iidē homines ſunt bene memoratiui ⁊ reminiſcitiui: ſed vt frequẽter ſunt tardi ingenio bene memoratiui: veloces aũt ingenio ⁊ bene diſcẽtes ſunt bene reminiſcitiui. Itē differunt: quia oĩa animalia que ſentiunt tempus / habent memoriã: ⁊ per eandē potentiã memorant ꝑ quã cognoſcũt tempus: Reminiſcentiã vero ſolum homo habet inter animalia. Ex quibus omnibꝰ patet quid ſit memoria accepta ꝓ
Officium memorie. actu memorandi. Alio mõ capit memoria ꝓ potentia memoratiua. Et de memoria ſic accepta loquit hic autor: cuiꝰ officiū ſm Auicen. vj. naturaliū li. j. cap. vj. eſt retinere ea que apprehenſa ſunt ꝑ eſtimatiuã. Unde ſic ſe habet ad eſtimatiuã ſicut imaginatio ad ſenſum cõem: ſicut em̃ ea que apphendunt a ſenſu cõi / nõ retinent ab eodē ſenſu cõi / niſi q̄diu eſt ĩ actu ſentiẽdi: imaginatio aũt illa retinet ⁊ cõſeruat: ita vis memoratiua retinet ⁊ cõſeruat ea que in eſtimatiua nõ remanẽt / niſi q̄diu eſt in actu ſentiẽdi. Ex quo patet: ꝙ ſicut imaginatio eſt theſaurus ſpecierū

ſenſatarũ: ita vis memoratiua eſt theſaurus intentionũ / ſcꝫ ſpecierũ nõ ſenſatarũ: quas eſtimatiua elicit ex ſpecieb⁹ ſenſatis. Ex hoc poteſt haberi ſenſus clarus diffinitionis memoratiue virtutis: in qua dicit̃ ꝙ eſt potẽtia recipiẽs intentiones. i. ſpecies nõ ſenſatas / ⁊ eas cõſeruãs. Patet etiã corrolariũ qđ ex diffinitiõe infert̃ vicꝫ ꝙ memoratiua eſt theſaurus intentionũ. ¶ Poſtea autor oſtendit / ꝙ actus actus memoratiui virtutis eſt memorari: de quo iam copioſe dictum eſt in priori acceptione memorie. Ultimo autor oſtendit modũ memorandi: ꝙ ex his que nũc cognoſcimus / memoramur ſimilia his que prius cognoueramus.

Expoſitio diffinitionis memorie.

Uirtus motiua eſt duplex. Quedã eſt motiua motu naturali: que mouet nõ ſm̃ apprehenſionẽ: nec eſt ſubiecta imperio rationis: qualis eſt virt⁹ vitalis ſiue pulſatiua. Eſt autẽ hec vis in corde ſicut in organo: ⁊ eſt vis per inſpirationẽ ⁊ reſpirationem: principium exiſtẽs temperãtie caloris ⁊ corporis: cuius conſyderatio ſpectat ad phyſicum. Ubi nota: ꝙ cum virtutes animales intenduntur / naturales remittuntur: vt patet in homine dormiẽte vel ſtudẽte. Alia eſt motiua motu animali: cuius actus ſubeſt rationi: que vocatur appetitiua / ſiue deſyderatiua: que a theologis vocat̃ ſenſualitas. Que ẽ duplex: ſcꝫ imperãs ⁊ imperata. Imperata eſt duplex: ſcꝫ iraſcibilis ⁊ cõcupiſcibilis. Cõcupiſcibilis ẽ appetitiua boni delectabilis ſed iraſcibil' ẽ appetitiua boni ardui expedientis. Ex q̄b⁹ duab⁹ oriunt̃ quatuor affect⁹: ſcꝫ gaudiũ / ſpes / dolor / et timor. Im-

perata eſt virtus ſita in neruis ⁊ membris officialibus/ contra hens ſe ad nutũ imperantium: vt patet in ſenſibꝰ exterioribꝰ.

Diuiſio potentie motiue.

Hec eſt quarta ⁊ vltima particula pertinens ad potẽtias ſenſitiuas: in qua autor determinãt de potentia motiua ſimul ⁊ appetitiua. Et ponit tres diuiſiões potẽtie motiue: quaꝝ p̄ma eſt hec: Potentiaꝝ motiuarũ quedam in animali mouet motu naturali: hoc eſt tali motu qui nõ ſequit̄ cognitionem: nec in hominibus poteſt moderari aliquo imperio rationis. Alia eſt/ que motu mouet animali. i. tali motu qui preſupponit cognitionẽ: ⁊ poteſt moderari imperio rationis ⁊ dicitur appetitiua ſeu ſenſualitas.

Triplex virtus in animali.

¶ Ad declarationem huius p̄me diuiſionis conſyderãdum eſt primo ſm medicos triplicem eſſe virtutem in animali. Prima eſt virtus vitalis/ per quam mẽbra viuunt: ⁊ origo eius eſt cor: cui deſeruiunt arterie a corde procedentes: que dilatantur ad cordis conſtrictionẽ/ ⁊ conſtringuntur ad cordis dilatationem. Nam cor per ſui dilatationem recipit aerem frigidum a pulmone inſpiratum: ſed cõſtringẽdo ſe pellit ſpiritum vitalem in arterias: ⁊ ideo dilatantur. Et poſtea cum ſe iterum cor dilatat/ conſtringuntur arterie: ⁊ in om̄ia alia membra tranſmittunt id quod a corde receperunt: ⁊ iſte motus cordis ⁊ arteriarum dicitur a medicis pulſus. Secunda virtus eſt naturalis/ per quam mẽbra nutriuntur: que oritur in epate vbi generatur ſanguis ⁊ aliȷ̈ humores/ vt dictum eſt circa potentias vegetatiuas. Et huic virtuti ſubſeruiunt vene ab epate procedentes: que ſunt receptacula ſanguinis/ quo nutriuntur omnes partes corporis. Tertia ⁊ vltima eſt virtus animalis per quã animalia ſentiunt ⁊ mouentur motu qui ſequitur cognitionẽ: ⁊ hec oritur a cerebro: in quo ſunt organa oı̄m ſenſuũ interiorum: ⁊ a quo oriuntur etiã organa ſenſuũ exterioꝝ/ vt iam dictum eſt: huic virtuti deſeruiunt nerui a cerebro procedentes.

Differentia v̄tutũ

Differunt autem he tres virtutes ab inuicem: quia vitalis ⁊ naturalis mouent motu naturali: qui ſcilicet non pẽdet ex cognitione aliqua: ⁊ ideo non poteſt moderari per imperium rationis: ſed eſt ille motus in animali ſine intermiſſione: intenditur autẽ ⁊ remittitur ſm intentionem ⁊ remiſſionem illaꝝ virium: ſed virtus animalis mouet ſm cognitionẽ: ⁊ ideo nõ mouet cõtinue/ vt infra patebit. ¶ Autor igit̄ noſter ꝑ potẽtiã motiuã motu naturali intelligit virtutem tam vitalẽ q̃ naturalẽ: licet ſolũ declarat de virtute vitali

Organũ virtutum vitalis.

ſeu pulſatiua: cuius organum dicitur eſſe cor: nõ ꝙ ſolũ eſſet in corde: quia ex corde diffunditur in arterias/ vt dictũ eſt. Finem vero ſeu vtilitatem virtutis vitalis ſeu pulſatiue dicit eſſe ſeparamentũ caloris cordis ⁊ totius corp̄is. Motiuã vero motu animali intelligit virtutem animalẽ ſeu ſenſitiuam. Unde ſtatim ſubiungit

Quare cũ virtutes naturales intẽdunt̄/ animales remittunt̄: ⁊ ecõtra.

ꝙ cum virtutes animales intenduntur/ remittũtur naturales: ⁊ econtra. Primũ patet in homine ſtudente: in quo propter intenſionẽ viriũ ſenſitiuarũ (quarũ miniſterio vtitur intellectus in addiſcendo vel contemplando) remittuntur om̄es virtutes naturales. Hinc eſt ꝙ antiqui palladã deã ſapientie/ vocauerunt mineruam q̃ſi minuentẽ neruos ſeu vires naturales. Secundũ patet in hoı̄e dormiẽte. Nã in ſomno quieſcentibus viribus ſenſitiuis propter earũ ligationem/ digeſtiua ⁊ alie omnes virtutes naturales intenduntur: vt docet Ariſtoteles in lib. de ſom. ⁊ vi.

Triplex appetitꝰ.

¶ Pro declaratione alterius membri diuiſionis conſyderandũ eſt ſecundo triplicem eſſe appetitũ. Quidam em̄ eſt appetitus naturalis: alius ſenſitiuus: ⁊ tertius intellectiuus. De appetitu naturali copioſe dictũ eſt in p̄mo tractatu/ circa textum de appetitu materie: infra etiã dicet̄ de appetitu intellectiuo/ qui eſt volũtas. Nũc aũt dicendũ eſt de appetitu ſenſitiuo. ¶ Circa q̇ð ſciendũ eſt tertio ſm Sco. xviȷ̈. diſtin. iȷ̈. ⁊ in pluribꝰ aliȷ̈s locis: Cuiuſlibet potentie apprehenſiue ſeu cognitiue

correſpondet proprius appetitus: ideo tot ſunt appetitus in animali/ quot poten/
tie apprehenſiue. Nam ſicut eſt alia delectatio ⁊ triſticia conſequens apprehenſio/
nem huius vel illius ſenſus: puta guſtus vel tactus ⁊c̄. ita eſt alius ⁊ alius appeti
tus. Unde ẜm Ariſto. ij. de aīa: vbicūq; eſt ſenſus/ ibi eſt delectatio ⁊ triſticia: vbi
autē hec ſunt/ ibi ⁊ appetitus. Et ideo ibidē dicit Ariſto. ꝙ omne animal ſicut ha/
bet ſenſum/ ita ⁊ appetitū. Unde etiā animalia imperfecta que ſolum habēt tactū/
propter appetitū delectationis ẜm tactum dilatanť preſente delectabili: cum vero
ſentiunt aliquod cōtrariū/ conſtringunť. Cōmuniter tñ loquimur de appetitu ſen
ſitiuo ſicut de vno: ⁊ ille eſt qui ſequiť virtutē imaginatiuā ſeu fantaſiam. Et ſicut
virtus imaginatiua cognoſcit omnia obiecta ſenſuū/ ⁊ in preſentia illorum ⁊ in abſen
tia: ita ſuo appetitu delectať in illis/ ſi ſint cōuenientia: vel triſtatur de illis/ ſi ſint
diſconuenientia. De hoc igitur appetitu qui conſequiť imaginatiuā/ hic loquiť au
tor: qui appetitus a theologis vocatur ſenſualitas. Cuiuſlibet autē potentie appe
titiue eſt idem abiectum/ ⁊ ſub eadem ratione cū ſua cognitiua: vt dicit Sco. iij. di.
ꝗ. q. iij. ⁊ vnum etiā eſt organū/ ſi fuerint organice: ⁊ ẜm vnam ⁊ eandem ſpeciem
exeunt in actum: licet ẜm quendā ordinē: nunq̄ eñ potētia appetitiua exit in ſuam
operationē/ niſi ſua cognitiua prius exierit: quia nihil volitum ſeu appetitiuū niſi
cognitum: licet hoc fiat ẜm vnam ⁊ eandem ſpeciem. ¶ Poſtea autor ponit ſecū/
dam diuiſionē/ ſubdiuidendo ſecundū membrū prioris diuiſionis: ⁊ eſt hec: Po/
tentia motiua motu animalis eſt duplex: quedā ſcilicet imperans motū/ ⁊ quedam
exequens motū. Imperans motū eſt appetitiua: de qua iam dictū eſt. Uerū tamen
in hominibus nō ſolū appetitus ſenſitiuus eſt principium motus progreſſiui: ſed
etiā intellectiuus/ qui eſt voluntas: vt diciť. iij. de aīa. Si eñ appetitui oſtenditur
aliquod delectabile ſeu cōueniens: imperat appetitus illud proſequi. Si vero ob/
ijcitur diſconueniens vel nociuū: iubet illud fugere. Uirtus vero imperata ſiue exe
quens motū/ eſt vis ſita in neruis ⁊ alijs membris officialibus ad motum deputa
tis: vt ſunt muſculi/ virtute quorum membra poſſunt cōtrahi ⁊ diſtendi: ſimiliter pe
des/ ⁊ alia hmōi. Et hoc verū eſt de potentia motiua organica: Nam ẜm Sco. in
iiij. diſ. x. q. viij. duplex eſt potentia motiua exequens motu: vna organica/ qua mo
uetur corpus animalis: alia nō organica/ qua mouetur anima ſeparata a corpore:
qualis motiua etiā eſt in angelis. ¶ Tertia diuiſio qua ſubdiuidiť primum mem
brum ſecunde diuiſionis/ eſt hec: Potentia imperans motū/ ſiue appetitus eſt du
plex: ſcilicet concupiſcibilis et iraſcibilis. Hec autē diſtinctio appetitus nō ſolum
inuenitur in appetitu ſenſitiuo/ ſed etiā intellectiuo: vt tenet Henricus Gandenſis
q. viij. q. xvij. et Sco. in. iij. diſt. xxvi. et. xxxiiij. Diſtinguunť aūt hi duo appetitus
abinuicem per hoc: quia appetitus concupiſcibilis habet pro obiecto bonum de/
lectabile/ in quod tendit: iraſcibilis vero bonū arduum. Bonum aūt delectabile
eſt bonū concupitum a concupiſcente propter cōmodum eius: vt cōuenientia ſen/
ſibus ſunt bona delectabilia ſenſuum: ideo ſenſus talia delectabilia appetūt pro/
pter ſuum cōmodum ſeu delectationē/ ⁊ cōtraria his fugiunt. Bonū vero arduū
dicitur bonum/ quo appetens appetit ſuperare omnia ſibi contraria/ vt ſuperemi/
neat eis. Et talia bona licet non ſint delectabilia ſenſibus: quia ſunt difficilia: ta/
men quia ſunt conuenientia nature/ ideo appetuntur: ꝓpter moderationem primi
appetitus neceſſaria virtus/ que eſt temperantia: ad moderandū autē ſecundū ap
petitum confert fortitudo. Aliter diſtinguunť predicti appetitus ẜm Sco. xxxiiij.
diſ. iiij. per appetibilia ⁊ fugibilia primo vel ex ſe: qꝛ reſpicit cōcupiſcibilia ⁊ appe/
tibilia ⁊ fugibilia non primo/ ſed ſecūdario: ⁊ propter illa primo appetibilia ⁊ pri
mo fugibilia: ad ſecundum vero moderandum vtilis eſt fortitudo. Concupiſcibi
lis eñ reſpicit illud quod ex ſe natum eſt eſſe conueniens vel diſconueniens: ita ꝙ
nullo alio poſito circa ipſum niſi ſola apprehēſione facta/ natus eſt ſequi actus de/
lectandi aut triſtandi/ ſiue proſequendi ⁊ fugiendi: quantū eſt ex parte eius. Ta/

In aīali ſunt plu/ res appe/ titus ſen/ ſitiui.

De obie/ cto ⁊ orga no appeti tiue.

Diuiſio motiue motu ani malis

Motiua exequens motū eſt duplex.

Prima diſtinctio appetitus cōcupiſci bilis ⁊ ira ſcibilis.

Bonū de lectabile.

Bonū ar duum.

Secunda diſtinctio cōcupiſci/ bilis ⁊ ira ſcibilis.

lia autē non reſpicit iraſcibilis pro obiectis: actus enim iraſcibilis eſt iraſci: iraſci aūt ſcḋm philoſophū .ij. Rethoricoꝝ/ eſt appetere vindictā: obiectū igiṫ eius eſt vindicabile vel offendens. Iſtud offendens non diciṫ quod ſtatim eſt diſconueniens concupiſcibi/ ſed quod impedit illud quod eſt primo conueniens: puta ſi cibus eſt primo conueniens appetitui guſtatiuo animalis/ prohibēs cibum vel remouens/ offendit animal concupiſcens: taliter igitur offendēs eſt obiectū iraſcibilis. Circa quod iraſcibilis habet quoddā nolle: nō quidē proprie refugientis/ ſicut concupiſcibilis nolens refugit: ſed magis repellentis. Si autē nō actu repellatur/ eſt dolor vel triſticia ipſius iraſcibilis. Non eſt aūt idem dolor iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis Dolor eñ concupiſcibilis fit cū alia immutatione ex parte organi in parte ſenſitiua/ ꝙ̄ iraſcibilis. Cōcupiſcibilis quidē cū reſtrictione: ſicut delectatio oppoſita eſt cū dilatatione: dolor autē iraſcibilis cū calefactione/ qui eſt accenſiuus ſanguinis circa cor. Et ex hoc patet: ꝙ iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis appetitus in parte ſenſitiua habent diuerſa organa: ſic ꝙ diſtinguunṫ tanꝙ̄ due potentie organice: ⁊ nō ſolum ratione obiectoꝝ. Sed in parte intellectiua/ ſcꝫ in voluntate/ nō eſt earū tanta diſtinctio: quia voluntas non eſt potentia organica: ſed ſicut ratio diſtinguunṫ in portionē ſuperiorē ⁊ inferiorē/ ꝑ cōparationē ad diuerſa obiecta: vt infra patebit: et tñ ſimpliciter eſt eadē potentia: ſic eadē potentia/ puta voluntas/ ſine quacunq; diſtinctione a parte rei diciṫ cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: inquantū eſt operatiua circa primo ⁊ ſecūdo delectabilia vel triſtabilia. Et ideo diſtinctio concupiſcibilis et iraſcibilis in parte intellectiua ſolū eſt ex parte obiectorū/ in que tendit volūtas.

Appetit⁹ cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibiṫ habēt diuerſa organa

¶ Subiungit etiā autor circa hos appetitus/ ꝙ ex eis oriuntur quattuor paſſiones ſeu affectiones animi. Prima eſt de preſenti bono: ⁊ eſt gaudiū ſeu amor aut complacentia. Secūda eſt de futuro bono: que diciṫ ſpes/ ſeu deſyderiū. Tertia eſt de preſenti malo: ſcꝫ dolor vel triſticia. Quarta eſt de futuro malo: que eſt timor. Circa quod ſciendū ꝙ in appetitu concupiſcibili cōiter ponunṫ ſex paſſiones: ⁊ in iraſcibili quinq;: ad quas oēs alie reducunṫ. In cōcupiſcibili: amor/ odiū/ deſyderiū/ fuga/ gaudiū ⁊ triſticia. Obiectū eñ cōcupiſcibilis poniṫ bonū delectabile ſeu cōueniens/ aut malū triſtabile ſeu diſcōueniēs ſimpliciter ſumptū. Ab obiecto ergo cōuenienti apprehenſo cauſaṫ in appetitu amor/ ſeu quedā cōplacētia ipſius obiecti: ad quā paſſionē ſequiṫ deſyderiū vel cōcupiſcētia obiecti nō habiti: in appetitu tñ ſenſitiuo mag⁹ ꝓprie diciṫ mot⁹ ille cōcupiſcētia: ⁊ in appetitu intellectiuo diciṫ deſyderiū. Habito aūt ipſo obiecto/ cōſequiṫ paſſio delectationis vel gaudij: que eſt quedam quies in ipſo obiecto: delectatio tñ magis ꝓprie diciṫ in appetitu ſenſitiuo: gaudiū aūt in intellectiuo. Malum aūt diſcōueniens ſeu triſtabile apprehenſum/ cauſat paſſionē odij: que eſt quedā diſplicētia vel abominatio ipſius: ad quā paſſionē ſequiṫ fuga vel recuſatio ipſi⁹. Ipſum aūt malū habitū ſeu incurſuꝫ cauſat paſſionē doloris vel triſticie. Et licet dolor ⁊ triſticia ſepe ſumanṫ ꝓ eodem dolor tñ ꝓprie poniṫ in appetitu ſenſitiuo: triſticia vero in intellectiuo: eſt aūt triſticia de his que nobis nolentibus accidunt. Conſequiṫ autē gaudiū ⁊ triſticia/ ſcḋm Ariſto. in .ij. ethico. nō ſolū paſſiones cōcupiſcibilis/ ſed etiā iraſcibilis: ipſaſq; terminant ⁊ finiūt: ⁊ gaudiū ſequiṫ audaciā poſt cōſecutionē victorie/ ⁊ iram poſt cōſecutionē vindicte. In appetitu vero iraſcibili ponunṫ quinq; paſſiones: ſcꝫ ſpes/ deſperatio/ timor/ audacia ⁊ ira. Obiectū nāq; iraſcibilis poniṫ bonū vel malum nō ſimpliciter/ ſed arduū ſeu de difficili attingibile ſeu ſuperabile. Ipm̄ itaq; bonū arduū apprehenſum vt poſſibile adipiſci cauſat paſſionē ſpei: que dicit quendā conatū ſeu eleuationē animi ad ipſum conſequendū: ⁊ ſic facit appetitū aſſurgere ad hmōi bonū obtinendū: Apprehenſuꝫ vero vt impoſſibile adipiſci cauſat paſſionē deſperationis: faciendo appetitū cadere ꝓpter exceſſum arduitatis ⁊ difficultatis obiecti. Malū aūt arduū vt apprehenſum poſſibile ſuperari/ imprimit audaciam per quā appetitus ſurgit ad huiuſmodi malum repellendū: Ipſum vero malum

Sex paſſiones concupiſcibilis.

Quinq; paſſiōes iraſcibiṫ.

apprehenſum vt impoſſibile ſuperari/imprimit paſſionem timoris: que eſt quedã reſilitio a malo arduo. Ira autẽ eſt appetitus vindicte.

De potentia intellectiua ſiue rationali

Poſt priores potentias in homine/ſequitur potentia rationalis: que non vtitur corpore: ſed vtitur vtente corpore/ſcilicet fantaſia: que ſe habet ad intellectum ſicut color ad viſum.

Hec eſt vltima pars huius tertij tractatus de potentia intellectiua ſeu rationali. Et diuiditur in nouem particulas. In prima comparat potentiã rationalẽ ad prius dictas potentias. In ſequentibus vero octo particulis ponuntur octo diſtinctiones: que omnes preter vltimã/ que eſt de differentia cognitiõis intellectus diuini/angelici τ humani: patent in figura ſequenti.

- In ania ratiõali ſunt tria
  - Potẽtia
    - Cognitiua. i. intellectus
      - Agens
      - Poſſibilis
        - Speculatiuꝰ
          - in habitu.
          - in actu.
        - Practicus
          - Syndereſis.
          - Ratio
            - Supior.
            - Inferior
    - Motiua. i. voluntas.
  - Paſſio.
  - Habitus.

¶ In prima particula autor duo facit. Primo continuat ſequentia ad precedentia/dicens: Poſt potentias priores/ſcilicet vegetatiuã τ ſenſitiuã: que ſunt materiales τ organice: ſequitur potẽtia rationalis ſeu intellectiua/que eſt immaterialis τ organica. Secundo oſtendit ordinẽ intellectus ad fantaſiam/dicens: ꝙ licet intellectus in operatione ſua non vtatur corpore: tamen vtitur fantaſia/ que vtitur corpore. Unde ſicut ſe habet ſenſibile ad ſenſum/puta color ad viſuꝫ: ita fantaſma ad intellectum. Sicut eñ viſus non videt/niſi ſe conuertat ad colorem: ita intellectus non intelligit/ niſi ſe cõuertat ad fantaſmata: Que conuerſio in hoc conſiſtit ꝙ nihil intelligimus in vniuerſali/ niſi fantaſiamur eius ſingulare. ¶ Ubi tria ſunt conſyderanda. Primũ: ꝙ licet vegetatiua τ ſenſitiua ſint priores via generationis: intellectiua tamẽ eſt prior via perfectionis. Prima pars patet per Ariſto. xvj. de animalibus: vel ſm nouam tranſlationem/de generatione animaliũ: libro ij. ca. iij. dicentẽ: Embrio prius viuit vita plante: deinde vita animalis: vltimo vita intellectiua. Secunda pars patet: quia poſteriora generatione ſunt priora perfectione: vt habetur. viij. phyſicoꝝ. Sicut enim ſenſitiua eſt perfectior vegetatiua: ita intellectiua eſt perfectior ambabus illis: quod poteſt patere ex earum operationibus. ¶ Secundũ hic conſyderandum eſt: quare vegetatiua τ ſenſitiua dicuntur potentie materiales τ organice: intellectiua vero dicitur immaterialis τ inorganica: cum non inuenitur aliquis philoſophus notabilis/ qui negaret animã intellectiuam eſſe formam informantem τ partem eſſentialem hominis: preter fictionem illius maledicti Auerrois/in. iij. de anima/ cõmen. v. Ubi ponit intellectum eſſe quandam intelligentiã ſeparatam ab homine ſm eſſe: τ ſic aſſiſtere hominibus ſicut motor aſſiſtit orbi quem mouet: Nec aliter coniungi cũ homine/ niſi per fantaſmata: τ hoc in annis diſcretionis. Quam cõiunctionẽ nec ipſe nec aliquis

Ordo intellectiue ad ſenſitiuã τ vegetatiuam.

Fictio corporis de ſeparatione intellectus.

ſequaciū eius adhuc potuit explicare nec ſaluare quomodo homo per talem coniunctionē intelligeret: vt dicit Sco. in. iiij. diſ. xliij. q. ij. Nam ſm ipſum homo formaliter nō eſſet/niſi quoddā animal irrationale: excellēs tn̄ ꝑ quandā animā irrationalem ⁊ ſenſitiuā/excellentiorē alijs animalibus: ſcilicet per animā cogitatiuā ſeu rationē particularē/quā poſuit formā ſpecificā hominis. Cum igiť anima intellectiua ſm ſententiā oīm pħoꝝ (ꝑter hanc quā nūc expoſuim⁹ fictionē Cōmē.) ſit forma ſubſtantialis hominis ꝑ informationē/ ſicut ſenſitiua bruti aut vegetatiua plante: quare ſola potentia rationalis diciť immaterialis ⁊ inorganica: alie vero materiales ⁊ organice? Reſpōdeo ſm Sco. vbi. ſ. ꝙ immaterialitas intellectus poteſt intelligi dupliciter. Primo quia non operať per partē corporeā ſeu organū ⁊ propter hoc etiā diciť nō organica. Et ad hunc ſenſum etiā Ariſto. ij. de aīa/dixit intellectū nullius corporis eſſe actum: ſic intelligendo ſm Sco. q. ix. q. quia in nulla parte vel per nullam partē corporis exercet operationē ſuā ſicut potentie ſenſitiue. Secundo poteſt dici potentia īmaterialis: qꝛ nullo modo eſt extenſa: ⁊ ſic plus diciť [illegible] nō organica. Licet em̄ omnis organica ſit extenſa: nō tamē ſola: forma em̄ pure materialis/que eſt vniformis in toto ⁊ in parte ſicut ignis/nō diciť operari ꝑ organū/nec diciť organica. Tertio modo poteſt intelligi materialitas intellectus in cōparatione ad obiectū: vt ſcʒ reſpicit obiectū ſub rationibus immaterialibus/ ſeu abſtractū ab hic ⁊ nunc ⁊ hmōi: que vocanť conditiones materiales. Primū horū intellectuū videť magis approbare in quodlibeto. q. ix. quē etiā ponit autor in textu/cū dicit: Que nō vtitur corpore/ſcʒ in operatione ſua: licet vtatur vtente corpore/ſcʒ fantaſiā ⁊c. ¶ Circa quod occurrit tertiū conſyderandū: ſcʒ Utrū intellectus in operatione ſua ſemper vtatur fantaſia. Reſpōdeo ꝙ propter naturalē connexionē quā habet intellectus pro hoc ſtatu cum fantaſia ſeu ſenſu intellectus in operatiōe ſua vtitur fantaſia: nihil em̄ intelligimus in vniuerſali/ niſi cuius ſingulare fantaſiamur: quoniā oportet quēlibet intelligentē fantaſmata ſpeculari: ⁊ ideo ſic ſe habet fantaſma ad intellectū/ſicut ſenſibile ad ſenſum. Quod debet intelligi ſm Sco. in. j. diſ. iij. q. j. quantū ad primā motionē intellectus ab obiecto: ibi em̄ fantaſma cū intellectu agente habet vicem primi obiecti mouētis. Sed nō debet intelligi quantū ad omnē actū ſequentē motionē: pōt em̄ intellectus abſtrahere obiectū incluſum in aliquo primo mouente: puta quidditatē entis incluſam in qualitate ſenſibili: ⁊ cōſyderare illud abſtractū/ non conſyderando illud a quo abſtrahit. Ex quo ſequiť: ꝙ fantaſma requiriť nō ſolū ante acquiſitionē ſpeciei intelligibilis/ſed etiā poſt: qꝛ ſm philoſophū. iij. de aīa/ ſine fantaſmate intellectus nō poteſt nec addiſcere/nec intelligere: hoc eſt nec acquirere ſcientiā ſeu ſpeciē intelligibilem/nec vti acquiſita: quod in apoplexiā patientibus manifeſtū eſt.

Cur ſola intellectiua dr̄ imaterialis ⁊ inorganica.

Quare nihil itelligim⁹ ſine fantaſmate.

Et ſunt tria in anima: ſcilicet potentię/quę ſunt innatę. Et habitus: quorum aliqui ſunt acquiſiti/vt ſcientię et virtutes: quę ſicut acquiruntur et generantur ex actibus frequentatis/ ſic generant conſimiles. Alij ſunt infuſi: vt ſunt virtutes theologicales: quę conferuntur in baptiſmo/ pęnitentia vel ſatiffactio-

ne. Et quales ſunt habitus/ tales ſunt actus et paſſiones: vt receptiones obiectorum vel affectiões: vt gaudium/ ſpes/ timor/ et dolor.

Secunda particula in qua ponit primam diſtinctionẽ velut ſuppoſitionem: que etiã ponitur apud Ariſto.ij. Ethicorũ: et eſt hec: in anima ſunt tria: Primũ/ potentie: que ſunt principia operationũ: vt iam dictũ eſt: et ille ſunt innate anime: et iden realiter cũ eſſentia anime: vt ſupra declaratuz eſt. Secundũ/ paſſiones: vt ſunt ſimilitudines rerum recepte in ſenſum vel intellectum ab obiectis: vel etiam affectiones: de quibus iam dictum eſt circa textum de potentijs motiuis. Tertiũ/ habitus: hoc eſt/ quedam qualitates difficulter mobiles a ſubiecto: quibus potentia diſponitur ad prompte delectabiliter ꝛ faciliter operãdum operationes ad quas tales habitus inclinat. ¶ Diuidit etiã autor habitũ in infuſum ꝛ acquiſitum. Dicuntur autem habitus acquiſiti qui acquirũtur ex actibus frequenter reiteratis: vt ſunt omnes artes/ ſcientie/ virtutes ꝛ vitia: ſicut enĩ ex frequenter citbariſare aliquis acquirit habitum citbariſandi: et ſicut ex frequenter conſyderare aliquis acquirit habitum ſcientie: ita ex frequenter bene vel male agere/ generat in nobis habitus virtutis vel vitij: qui nos ita inclinat ad operationes ſimiles illis ex quibus genitus eſt/ vt videatur eſſe altera natura ſm Ariſto. in libro de memoria et reminiſcentia. Et hoc eſt quod etiaz dicit autor in textu: ꝙ quales ſunt habit⁹/ tales ꝛ actus. Alij ſunt habitus infuſi: vt ſunt virtutes theologicales: que cõmuniter ponuntur tres: fides/ ſpes/ ꝛ charitas: q̃ virtutes infunduntur nobis (vt dicit autor) vel in baptiſmo vel penitentia vel ſatiſfactione. Sub his habitibus infuſis continet etiã ſcientia apoſtolorũ ꝛ prophetarum: et omnes habitus concreati: vt ſcientia anime chriſti ꝛ angelorum. De diuiſione habituum vide ſi placet/ Sco. xxxiij. diſtin. iij.

Tria in aĩa exiſtẽtia.

Habitus acquiſiti.

Habitus infuſi.

Potentia rationalis diuiditur: quia alia eſt cogitatiua / alia motiua.

Hec eſt tertia particula: in qua autor ſecunda diſtinctione diuidit primum membrum prioris diſtinctionis: ſcʒ potẽtiam rationalem (de quã hic intendimus) in intellectum/ qui eſt potẽtia cognitiua: ꝛ in voluntatem/ que nõ eſt potentia cognitiua/ ſed appetitiua ꝛ per conſequens motiua: quia (vt ſupra declaratum eſt) omnes potentie appetitiue ſunt potentie motiue inquantum imparant motũ. Ratio autem huius diuiſionis patet ex his que dicta ſunt circa textũ de potentijs motiuis ex ſententia Scoti. xvij. diſtin. iij. Nam cuilibet potentie cognitiue correſpondet ſua propria appetiua: Sed in anima intellectiua eſt potentia cocitiua/ que eſt intellectus: ergo etiam ponenda eſt appetiua correſpondens illi cognitiue: ꝛ illa eſt voluntas. Iſte autem due potentie vt ſupra dictũ eſt ſunt/ inorganice: ꝛ ſunt in anima vnitiue: ita ꝙ ſunt idem realiter cuʒ anima: ꝛ diſtincte ab ea ex natura rei ꝛ formaliter: vt probat Scotus diſtin. xvj. ij. Dictum eſt etiaʒ ſupra ꝙ quelibet appetitiua habet idem obiectũ/ ꝛ ſub eadem ratiõe formali cũ ſua cognitiua: ideo idem ꝛ ſub eadem ratione eſt obiectum circa quod operatur intel

Diuiſio potentie rõnalis ĩ intellectũ et voluntatem.

De obiecto volũtatis.

lectus ⁊ voluntas. Unde ſicut non poteſt habere actum ſuum circa ignotum: ita non poteſt habere actũ ſuũ circa obiectum ſub aliqua ratione ſub qua intellectus nõ poſſet cognoſcere: et hoc dicit Sco. iij. diſt. j. q. iij. vbi etiã improbat opinionez illorum qui dicunt ꝙ ens vt verum eſt / obiectum intellectus: ens autem vt bonuz eſt / obiectũ volũtatis. Et ſi dicas: potẽtie diſtincte debẽt habere obiecta diſtincta vt patet ex. ij. de anima: ſed intellectus et volũtas ſunt potentie diſtincte: ergo habent obiecta diſtincta.

Que potentie habẽt diuerſa obiecta

Reſpondeo ꝙ potentie ſunt duplices: Quedam diſperate vt viſiua ⁊ auditiua: et iſte ſemper habent obiecta diſtincta. Alie ſunt ſub ordinate: et iſte ſunt duplices: Quedã ſunt eiuſdem generis: vt cognitiua ſuperior ⁊ inferior: cuiuſmodi ſunt intellectus et ſenſus: et obiecta adequata: huiuſmodi potentiarum habent ſe ſicut ſuperius et inferius: ita ꝙ obiectum primum potentie ſuperioris cõtinet ſub ſe obiectũ primũ potentie inferioris. Quedã vero potentie ſub ordinate ſunt alterius generis: quia ſcz vna eſt cognitiua et alia appetitiua: et harũ obiectũ eſt idem ⁊ ſub eadem ratione formali / ſi appetitiua adequatur cognitiue in operando: ⁊ ſub hoc membro vltimo continetur intellectus ⁊ voluntas.

De obiecto intellectus.

De obiecto autẽ primo intellectus licet ſint varie opiniones: tamẽ Sco. vbi ſupra: et in. q. q. xiiij. tenet ꝙ ens ſub ratione entis eſt obiectũ adequatum noſtri intellect⁹ ex natura potentie. Dixi autem / ex natura potentie: quia obiectum motiuuz noſtri intellectus pro hoc ſtatu eſt quidditas ſenſibilis. ¶ Sed contra hanc ſecundã diuiſionẽ arguitur / probando ꝙ ſit inſufficiens: nã in anima rationali preter intellectum et voluntatẽ eſt et tertia potentia / que eſt memoria.

Memoria intellectiua ꝗd ſit.

Reſpondeo ꝙ memoria intellectiua non eſt alia potentia ab intellectu poſſibili: ſed eſt ipſemet intellectus poſſibilis cuz ſpecie intelligibi reſeruata in ipſo: et hoc habet Sco. li. iiij. diſ. xlv. q. iij. et in. q. q. xv. Quid aũt ſit intellectus poſſibilis patebit ex ſequentibus.

Tertia diſtinctio.

Cognitiua eſt intellectiua / que diuiditur ſm differentias nature in intellectum agentem et poſſibilem. Intellectus agens eſt qui abſtrahit ſpecies ab imaginatione ſeu fantaſia. Et ſui irradiatione facit illas vniuerſales: et ponit in intellectu poſſibili. Nam ſicut ad viſum corporalem exigitur lux abſtrahens intẽtiones coloris: et ponit eas in aere: ſic intellectus agẽs qui eſt lux anime / ponit ſpecies abſtractas a fantaſia in intellectũ poſſibilez. Intellectus poſſibilis dicitur qui poteſt recipere tales ſpecies: ſed nondũ recepit eas: cuius exemplum eſt de tabula

nuda. Item intellectus agens et poſſibilis differunt ſicut lux
et illuminatũ: et perficiens et perfectibile. Itẽ intellectus agen
tis eſt oĩa facere. Sed intellectus poſſibilis eſt omnia fieri.

Hec eſt quarta particula tertiam diſtinctionẽ explicans. Et in ea autor tria
facit: primo diuidit intellectum in intellectum agentem et poſſibilem:
ſecundo deſcribit membra diuiſionis: tertio comparando intellectũ agentem ad
poſſibilem / tangit duas eorũ ad inuicem differentias. De primo dicit ꝙ intellectꝰ
diuiditur in agentem ⁊ poſſibilẽ ſm differẽtias nature. Nã ſm Ariſto. iij. de ani/
ma: quecunqꝫ natura fiunt / eoꝝ aliquod eſt vt materia / ad oĩa que in illo gene
re fiunt: aliquod vero vt forma eorum que fiunt principiũ effectiuũ: ita igitur erit
et in anima. De ſecundo: intellectum agentem deſcribit per eius principalẽ actuꝫ.
Ad cuius declarationẽ conſyderandũ ſm Commen. iij. de anima / cõmen. xviij. ⁊
Sco. in. q. q. xv. ꝙ intellectus agens habet duas actiones. Prima eſt cauſare ſpe
ciem intelligibẽ / concurrendo cũ fantaſmate: et per hanc primã actionem intelle/
ctus agens dicitur facere de potentia intelligibili actu intelligibile: vel de poten/
tia vniuerſali actu vniuerſale. Nã obiectum repreſentatum in fantaſmate dicitur
intelligibile vel vniuerſale ſolum in potentia: ſed idem obiectum repreſentatũ per
ſpeciem intelligibilcꝫ / dicitur intelligibile ⁊ vniuerſale in actu. Cuius cauſa eſt: qꝛ
obiectum ſic repreſentatur in ſpecie ſeu repreſentatio quale eſt in ipſum repreſen/
tatiuum: ſed fantaſma eſt materiale et extenſum: ſpecies vero intelligibilis / eſt ſpi
ritualis ⁊ inextenſa: ideo idem obiectũ cũ relucet in fantaſmate / rep̃ſentatur vt ma
teriale ⁊ ſingulare: cũ aũt relucet in ſpecie intelligibili / rep̃ſentaꝛ vt ĩmateriale et
vniuerſale. Unde cũ virtute intellectus agentis de fantaſmate in fantaſia gigniꝛ
ſpecies intelligibilis in intellectu poſſibili: ad iſtã gignitionẽ realẽ rep̃ſentatiui
ex rep̃ſentatiuo diciꝛ cõcomitari q̃dã gignitio metaphorica obiecti de obiecto: qꝛ
trãſlatione reali facta in rep̃ſentatiuo: qñ de repreſentatiuo materiali ⁊ ſingulari
.ſ. fantaſmate gigniꝛ rep̃ſentatiuũ ſpũale ⁊ vniuerſale: cõſilr̃s diciꝛ vel intelligiꝛ
trãſlatio in obiectis de corporali ad ſpũale / vel de ſingulari ad vniuerſale. Et hoc
eſt qđ dicit cõmen. vbi ſupra: ꝙ officiũ intellectus agentis eſt transferre obiectum
de ordine in ordinẽ: hoc eſt / de ordine materialiũ ad ordinẽ ſpiritualiũ. Hanc ope
rationẽ intellectus agentis tangit etiam autor / diffiniens intellectum agentẽ di/
cens: ꝙ intellectus agens eſt qui abſtrahit ſpecies ab imaginatione ſeu fantaſia
et ſuo lumine faciendo eas vniuerſales / ſcꝫ in repreſentando: ponit eas in intelle/
ctu poſſibili. Non ſic intelligendo / ꝙ ſpecies que prius fuit in fantaſia ſingularis
eadem in numero transferatur ad intellectuꝫ poſſibilem facta vniuerſalis. Hanc
enim imaginationem eſſe falſam oſtendimus ſuperius ex ſen. Sco. in. ĵ. ſen. diſt.
iij. q. x. Sed illa tranſlatio intelligenda eſt eo modo quo hic dicimus: quia ſcꝫ vir
tute intellectus agentis ex fantaſmate gignitur ſpecies intelligibilis in intelle/
ctu. Et hoc probat autor per ſimile: comparando intellectum agentem lumini:
intellectum poſſibilem diaphano: ⁊ fantaſma colori. Et hanc comparationem po
nit Commen. iij. de anima / cõmen. v. prope finem. Nam ſicut virtute luminis cõ/
currentis cũ colore generaꝛ ex colore ſpecies coloris in diaphano / puta aere: Ita
virtute intellectus agentis cõcurrentis cũ fantaſmate generaꝛ ſpecies intelligibi
lis in intellectu poſſibili. Ex quo ſequitur ꝙ nulliꝰ rei ſpecies poteſt generari in
intellectu pro hoc ſtatu / niſi eius fantaſma ſit in ſenſu. Et hoc eſt ꝙ ſupra diximus

Diuiſio ĩ tellectus.

Due actiones ĩtellectus agentis.

Quõ ĩntellectꝰ agens ſpecies reponit in intellectum poſſibilẽ.

Cõpatio intellectꝰ agẽtis ad lumen.

ꝙ obiectum motiuū noſtri intellectus pro hoc ſtatu eſt quidditas rei ſenſibilis. Secunda actio intellectus agentis eſt/cum ſpecie intelligibili cauſare intellectio/nem:⁊ per hanc de potentia intellecto facit actu intellectū. Ex his autem duabus actionibus prima(que eſt cauſare ſpeciem intelligibilem)magis eſt propria intellectui q̄ ſecunda(que eſt cauſare intellectionem)vt dicit Sco.ibidem:quia hec poteſt competere alijs potentijs:nam quelibet potentia cognitiua poteſt partialiter cauſare in ſeipſa noticiā rei:ſed nulla eſt que cauſet ſpeciem niſi intellectus. Et ex iſto paſſu videtur haberi ꝙ nullus ſenſus cauſat ſpeciē ſenſibilem: ſꝫ ſpecies ſenſibilis cauſatur vel immediate ab obiecto/vel vna cauſat aliam: vt pulchre declarat Scotus diſtin.xv.iij. Ex hoc etiam patet/ꝙ non oportet ponere ſenſum agentē diſtinctum ex natura rei a ſenſu paſſiuo:quia idē ſenſus ⁊ nullo modo a parte rei diſtinctus/poteſt cauſare in ſeipſo ſenſationem. Nec eſt ſimile de intellectu agente ⁊ ſenſu:nam intellectus agens ideo ponitur diſtinctus ab intellectu poſſibili: quia partialiter cauſat ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili:quod non poteſt facere intellectus poſſibilis:quia nulla potentia operatiua eſt productiua ſui obiecti:licet ſit actiua ſui actus circa obiectum:cum igitur non cōuenit ſenſui cauſare ſpeciem ſenſibilē:ideo non oportet ponere ſenſum agentem diſtinctum a paſſiuo:ſicut ponitur intellectus agēs. Ex quo ſequitur vlterius:ꝙ ille intellectus qui cauſat partialiter cum ſpecie intelligibili intellectionem/ poteſt eſſe vel intellectus agens diſtinctus a poſſibili:vel ipſe intellectus poſſibilis:vtrāq; enim partem ſuſtinet Scotus. vbi ſupra:magis tamen declinare videtur ad ſecundam partē:ita ſcꝫ ꝙ intellectus agens ſolum habeat primam operationē/ſcꝫ abſtrahendi ſeu cauſandi ſpeciem in intellectu poſſibili:et poſtea ipſe intellectus poſſibilis cū illa ſpecie cauſat intellectionem in ſeipſo:⁊ recipiens eandē/dicitur intelligere. Et ex hoc habetur manifeſta differentia inter intellectum agentem et poſſibilem:nam intellectus agens(ſiue dicatur cauſare ſolum ſpeciem intelligibilem ſiue etiam intellectionem)non intelligit:ſolus vero intellectus poſſibilis intelligit. Nam intellectus dicitur intelligere non ideo quia cauſat intellectionem:ſed quia eam recipit: intelligere enim eſt quoddam pati/ex.iij.de anima. Sicut autem diximus duplicem eſſe actionem intellectus agentis:vnam reſpectu ſpeciei:aliam reſpectu intellectionis:ita conſimiliter intelligenda eſt duplex paſſio/que eſt in ſolo intellectu poſſibili:quarum prima eſt receptio ſpeciei intelligibis cauſate a fantaſmate:⁊ ſecunda eſt receptio intellectionis a ſpecie intelligibili cauſate. Primam harū tangit autor in textu diffiniens intellectum poſſibilem:vbi etiam videtur dicere ꝙ intellectus poſſibilis dicatur ſolum ante receptionem ſpeciei et nō poſt:ſed hoc nō poteſt eſſe verum/capiendo intellectum poſſibilem pro illo qđ eſt recipiens illam ſpeciem:cum eadem potentia maneat ante ⁊ poſt receptionem:licet poſſit ſuſtineri capiendo intellectum poſſibilem pro reſpectu fundato in illa potentia receptiua ⁊ terminata ad ſpecies recipiendas. Et tunc vltra diceretur ꝙ intellectus poſſibilis vt recipit ſpeciem per quam habet obiectum ſibi preſens/ dicitur memoria et idem intellectus vt recipit actualem intellectionem/dicitur intelligentia: quibus addita voluntate erunt tres potentie repreſentantes imaginem benedicte ⁊ ineffabilis trinitatis. ¶ Vltimo autor tangit duas differētias inter intellectum agentē ⁊ poſſibilem. Quarum prima eſt Commen.iij.de anima/commen. v.dicētis:ꝙ comparatio intellectus agentis ad intellectum poſſibilem/eſt ſicut lucis ad diaphanum:ſicut enim lux eſt perfectio diaphani:ſic intellectus agens eſt perfectio intellectus poſſibilis. Secunda differentia eſt Ariſto.iij.de anima:que ſic intelligitur ſm̄ Sco.in loco ſuperius allegato: Agens eſt quo eſt om̄ia facere:ſcilicet actu intelligibilia q̄ ſunt potentia intelligibilia. Et hoc habetur ex eo qđ ſequitur:ꝙ lumen facit quodammodo potentia colores actu colores:q꞉ facit eos actu viſibiles:ſic intelligendo:ꝙ licet natura coloris abſoluta que eſt in genere quali-

Marginal notes:
Quare ītellectui agenti ꝓprium eſt cauſare ſpeciem.
Quare nō ponit̄ ſenſus agens diſtinct⁹ a paſſiuo.
Quare ſol⁹ intellect⁹ poſſibilis ītelligit.
Duplex paſſio intellectus poſſibil̄.
Memoria.
Intelligentia.
Differentie ītellectus agētis ⁊ poſſibilis.
Quō lumen facit colores actu.

tatis/maneat eadem in tenebris:tamen vt ſic non eſt viſibilis/intelligendo de potentia propinqua:quia quando oportet duas cauſas cõuertere ad agendũ:vna earum ſcʒ ſecũda nõ eſt in potentia ꝓpinqua/niſi alia ſcʒ prima concurrat ſimul: ad hoc autẽ ꝙ color agat in viſum/ requirit alia cauſa concurrens ad agendũ/ſcilicet lumen:ideo tunc ſolum color eſt viſibilis potentia ꝓpinqua/qñ eſt actu illuminatus.Hoc modo fantaſma non poteſt gignere ſpeciẽ/niſi concurrente actione intellectus agentis.Sicut igit intellectus agens cauſans ſpeciem intelligibilẽ in intellectu poſſibili/facit omnia intelligibilia potentia proxima que prius erant intelligibilia in potẽtia remota(quia intantũ relucentia in repreſentatiuo materiali/⁊ repreſentante ea ſub ratione ſingularis)ita intellectus poſſibilis recipiens illas ſpecies dicit omnia fieri:hoc eſt/omnibus ſpeciebus intelligibilibus informari. Nã intellectus poſſibilis eſt in potẽtia ad recipiendũ ſpecies omniũ intelligibilium:⁊ nullã habet a natura: qr in principio ſui eſt ſicut quedã tabula in qua nihil depictum eſt.Unde ſm Cõmenta. ſicut ſe habet materia in ordine materialiũ:ita intellectus in ordine ſpiritualiũ:ita ꝙ ſicut materia poteſt informari formis materialibus/⁊ nullã de ſe habet:ſic intellectus formis ſeu ſpeciebus intelligibilibꝰ. ¶ Ultimo circa hunc textũ cõſyderandũ/ꝙ intellectus agens dicit eſſe actiuus ⁊ operatiuus. Actiuus pro quanto reſpicit paſſum/ quod eſt intellectus poſſibilis. Productiuus vero pro quanto reſpicit formã productã in ipſo intellectu poſſibili.Intellectus etiã poſſibilis dicitur tripliciter. Uno modo paſſiuus in ordine ad intellectum agentẽ/a quo perficitur.Secundo dicit receptiuus in ordine ad ſpeciem intelligibilem/⁊ ad alias formas quas recipit:vt ſunt actus intelligendi/diſpoſitiones/vel habitus.Tertio dicit operatiuus:inquantũ formaliter intelligit/cõponit diuidit vel diſcurrit. Ex quo patet ꝙ he tres operationes intellectus: quarum prima eſt ſimplicium apprehenſio/ſeu incomplexoꝝ cognitio:ſecũda/cõpoſitio vel diuiſio:⁊ tertia diſcurſus:ſunt actus intellectus poſſibilis/⁊ non agentis.

Quare color ſine lumie nõ eſt viſibil.

Intellectus actiuus.

Productiuus.

Paſſiuꝰ.

Receptiuus.

Opatiuꝰ.

Treſ opationes intellectus.

Item intellectus diuiditur ſcd̃m differentiam obiecti/ in ſpeculatiuũ ⁊ practicum:qui ambo in cognitione cõſiſtunt. Sed in hoc differunt:quia ſpeculatiuus cognoſcit verum ſub ratione veri: ſed practicus verum ſub ratione boni. Item finis ſpeculatiui eſt verum: ſed finis practici eſt bonum. Item per ſpeculatiuũ recte intelligimus:ſed per practicum recte viuimus.

Quarta diſtinctio.

Hec eſt quinta particula: in qua autor ponit quartam diſtinctionẽ. Et tria facit. Primo diuidit intellectum poſſibilem in ſpeculatiuũ ⁊ practicũ: non ꝙ ſit alia potentia intellectus ſpeculatiuus/⁊ alia practicus:ſed quia eadẽ potentia que eſt intellectus poſſibilis comparatus ad diuerſa obiecta circa que operatur/dicitur ſpeculatiuus ⁊ practicus.Et eodem modo intelligendũ eſt de omnibus ſequentibus diuiſionibus:ſolum eñ tres ſunt potentie diſtincte ex natura rei in anima:que capiunt ex precedentibus duabus diuiſionibus: ſcilicet intellectus

Potẽtie intellectiue ex natura rei diſtincte.

agens/intellectus poſſibilis/⁊ volũtas. In omnibus vero alijs diuiſionibus ſem per ſumitur eadem potentia/ſcilicet intellectus poſſibilis comparatus ad diuerſa obiecta/ aut ad diuerſas eius operationes. Secundo autor ponit conuenientiam intellectus ſpeculatiui ⁊ practici: in hoc ꝙ vterqꝫ conſiſtit in cognitione. Et ex hoc patet ꝙ practicũ ⁊ ſpeculatiuũ ſunt differentie intellectus poſſibilis: qui ſolus eſt cognitiuus: vt patet ex ſupradictis. Tertio autor ponit tres differentias inter intellectum practicum ⁊ ſpeculatiuũ.

Tres differẽtie intellectus practici ⁊ ſpeculatiui.

Quarum prima ſumitur ex obiectis: Nam obiectum intellectus ſpeculatiui eſt ſpeculabile tantũ: ita ꝙ cognitio illius obiecti nõ eſt nata dirigere operationem voluntatis: ideo dicitur cognoſcere verum ſub ratione veri. Sed obiectũ intellectus practici eſt agibile: ita ꝙ cognitio eius nata eſt dirigere operationem aliquo modo pendentem ex voluntate: ideo dicitur cognoſcere verum ſub ratione boni: vt etiam dicitur. vj. Ethicorum. Obiectum intellectus practici eſt verum confeſſe ſe habens appetitui recto: id eſt/ cui nata eſt conformari vt regule operatio voluntatis/vt ſit recta. Secũda differentia ſumitur ex fine: Nam finis ſpeculatiui eſt ſcire: practici vero opus. Unde etiã dicit Ariſto. iij. de anima: Intellectus extenſione ad opus fit practicus: ⁊ differt a ſpeculatiuo fine Et primo metaphy. dicitur/ꝙ finis practici eſt vſus. Tertia differentia ſumitur ex operatione: quia per ſpeculatiuum recte intelligimus: per practicũ recte viuimus.

¶ Pro clariori horũ intelligentia/quattuor hic ſunt videnda. Primum: vtrum omnis operatio dicatur praxis/a qua denominatur intellectus ⁊ noticia practica. Secundo/quid ſit noticia practica. Tertio/ vtrum eadem noticia poſſit eſſe practica et ſpeculatiua. Quarto/vtrum eodem modo ſe habeant practicũ ⁊ ſpeculatiuũ ad noticiam ⁊ ad intellectum. Et iſta omnia breuiſſime determinabo ex ſen. Sco. in prologo. q. v. Ad primum dico: ꝙ ſolum illa operatio in nobis dicitur praxis/ que ſubeſt directioni rationis ⁊ imperio voluntatis. Unde praxis de qua hic loquimur/ſic diffinitur a Sco.

Praxis diffinitio

Praxis eſt actus alterius potentie ꝙ̃ intellectus: naturaliter poſterior intellectione: natus conformiter elici rationi recte vt ſit rectus. In qua diffinitione tres cõditiones tanguntur requiſite ad praxim. Et per primã conditionem excluduntur omnes operationes intellectus: per ſecundã excluduntur actus vegetatiuarũ potentiarũ: ⁊ omnes actus ſenſitiui vt precedunt intellectionem/ ſiue ſint cognitiui ſiue appetitiui: ⁊ hoc eſt verum quo ad eorum primos actus/ vt ſcilicet precedunt actum intellectus ⁊ voluntatis: omnes eñ hi actus vt ſic/ cõmunes ſunt nobis ⁊ brutis: nec dirigi a ratione poſſunt. Et ex his duabus cõditionibus habetur ꝙ omnis praxis eſt actus voluntatis elicitus vel ab ea imperatus.

Act⁹ voluntatis Elicitus. Impat⁹.

Eſt autẽ actus voluntatis elicitus/ qui producitur ab ipſa voluntate: vt velle aut nolle dare elemoſynam: ⁊ omnis electio aut volitio. Sed actus imperatus dicitur qui producitur ab alijs potentijs imperante voluntate: vt dare elemoſynam/ vel audire lectionem imperatam a voluntate. Per tertiam conditionem excluduntur operationes que ex ſe ita male ſunt vt nullo modo poſſunt elici recte: vt odire deum/ vel blaſphemare/ vel adulterari/ ⁊ huiuſmodi.

Speculatio. Intellectio practica.

Et per oppoſitum ſpeculatio eſt actus intellectus ad nihil aliud extra genus cõtemplationis finaliter ordinatus. Ex quo patet: ꝙ licet omnis ſpeculatio eſt intellectio: tñ nõ omnis intellectio eſt ſpeculatio: quia illa que extenditur ad praxim/ ſicut regula ad regulatum (ita ꝙ talem intellectionẽ nata eſt ſequi aliqua praxis dirigibilis ab ipſa intellectione) non dicitur ſpeculatio ſeu intellectio ſpeculatiua/ ſed practica denominata a praxi ad quã extenditur.

Extenſio aptitudinalis conſiſtit ĩ duplici reſpectu.

Et nõ debet intelligi de extenſione actuali: alioqñ faber nõ operans actu haberet noticiã nõ practicã/ſed ſpeculatiuã: qđ eſt falſum: quia omnis ars eſt habitus practicus/ex. vj. Ethicorũ: ſufficit ergo extenſio aptitudinalis. Talis autẽ extenſio conſiſtit in duplici reſpectu aptitudinali ad proximum: quorũ primus eſt prioritas naturalis/ ⁊ ſecundus directiuitas. Sicut enim illa ſola operatio dicit̃ praxis que eſt poſterior intellectione/ ⁊ apta eſt dirigi ab ip

ſa intellectione: ita ſolū illa intellectio dicit̄ practica que nata eſt precedere praxim ⁊ eandem dirigere. Ex quo ſequitur: ꝙ ſi faber ſuam artem fabrilem nunꝙ exten/deret ad praxim ſeu opus: nō minus ſua ars diceret̄ practica/ ꝙ̄ alterius fabri qui actu fabricat ſm ſuā artem. Et ſimiliter intelligendū eſt de ſcientia morali: que ex hoc dicitur practica: quia nata eſt dirigere nos in operationibus virtutū moraliū dato etiā ꝙ nunꝙ actu dirigat. ❡ Et ex his iā patet ſecundū principale: qđ erat iſtud/ que noticia dicatur practica: quia omnis ⁊ ſola illa que nata eſt extendi ad praxim/ ſicut regula ad regulatum. Patet etiā ꝙ practicum nō aliud dicit ꝙ̄ apti/tudinalem extenſionē ad praxim: vel illum duplicem reſpectum aptitudinalem/ in quo conſiſtit talis extenſio. ſ. prioritatis naturalis ⁊ directiuitatis: ita ꝙ cuicunꝙ noticie cōueniunt hi duo reſpectus aptitudinales/ omnis talis dicitur practica: et a qua negatur/ illa eſt ſpeculatiua. Et ex hoc patet reſponſio ad tertiū queſitum: ſcilicet ꝙ non poteſt eadem noticia eſſe practica ⁊ ſpeculatiua: Quia ſi ille duplex reſpectus aptitudinalis in quo conſiſtit practicū/ cōuenit huic noticie ⁊ ab illa ne/gatur: neceſſario hoc eſt propter differētias eſſentiales oppoſitas/ que ſunt intrin ſece conſtituentes illas noticias: et per conſequens ſicut due differentie eſſentiales oppoſite/ nullo modo poſſunt conuenire eidem ſcientie: ita nec ſpeculatiuum ⁊ pra cticū: que ſunt paſſiones oppoſite/ preſupponentes differentias eſſentiales oppoſi tas. Concludo ergo: ꝙ impoſſibile eſt eandem noticiam/ ſiue ſit actualis ſiue habi tualis/ eſſe ſpeculatiuā ⁊ practicā etiā ſucceſſiue. Sequit̄ vltimo: ꝙ practicū ⁊ ſpe/culatiuū ſi capiunt̄ proprie: ita ꝙ practicū dicat duplicē reſpectum aptitudinalem iam ſupra declaratū/ ⁊ ſpeculatiuū negationē illius duplicis reſpectus: ſic ſunt ꝓ/prie paſſiones noticie: ſiue noticia capiatur ꝓ actu/ ſiue pro habitu intellectus: Et diuiſio ſcientie in ſpeculatiuā ⁊ practicam eſt ſimilis diuiſioni in numerū parem ⁊ imparem. Si vero practicū ⁊ ſpeculatiuū capiuntur circūlocutiue: ſic ſunt differen tie eſſentiales noticie. Sed quocunꝙ modo capiantur/ ſemper ſunt accidentia in/tellectus: et ideo diuiſio intellectus in practicum ⁊ ſpeculatiuū eſt diuiſio ſubiecti in accidentia. Ex quo patet: ꝙ licet eadem noticia non poſſit dici practica ⁊ ſpecula tiua: tamen idem intellectus poteſt dici practicus ⁊ ſpeculatiuus. Et per hoc patet reſponſio ad quartum principale.

[margin: Noticia practica.]

[margin: Q non pōt eadē ſciētia eē practica ⁊ ſpeculati/ua.]

[margin: Practi/cū ⁊ ſpecu latiuū ali ter ſe ha/bēt ad in tellectum ⁊ ad noti ciam.]

Practicus diuiditur in ſynderesim et rationem.

[margin: Quinta diſtinctio]

In hac ſexta particula ponit quintā diuiſionem: que eſt intellectus practici in ſynderesim ⁊ rationem. Ubi ſciendum ꝙ ſynderesis ſolet dupliciter accipi Uno modo ꝓ illo quo homo naturaliter inclinat̄ ad bonū/ ⁊ remurmurat malo. Et talis inclinatio poteſt eſſe duplex. Aut eñ eſt oſtēſiua boni: ⁊ ſic pertinet ad in/tellectū practicū: q2 ſic nihil aliud eſt ꝙ̄ dictamen recte rationis/ ordinatum ad bo num proſequendū ⁊ malum fugiendū. Sed tale dictamen ſpectat ad intellectum practicum/ ſm Cōmen. ij. de ania. et. vj. Ethicoꝝ. Aut talis inclinatio eſt determi natiua: non tñ ſic ꝙ imponat neceſſitatē coactionis: ⁊ ſic pertinet ad voluntatem. Sic eam capit Henricus Gandenſis/ ⁊ multi alij doctores: qui ſynderesim ponūt in voluntate: ⁊ vocant eam voluntatē naturalem. Alio modo ſynderesis capitur pro illo quo homo elicit actum ſemper tendentem in bonum/ ⁊ reſiſtentem malo. Et cum nihil tale ponatur in voluntate: ideo ſynderesis ſic accepta non eſt in vo/luntate/ ſed in intellectu: vt dicit Sco. diſ. xxxix. ij. ⁊ ſic non poteſt aliud poni ꝙ̄ ha bitus principioꝝ in agibilibus: qui ſemper eſt rectus: quia ex ratione terminoꝝ virtute luminis intellectus naturalis ſtatim intellectus acquieſcit illis. Et acti/bus huiuſmodi habitus nata eſt conformari electio recta in agibilibus: ita ꝙ ſem per ſequeretur ex eis recta volitio: niſi eſſet defectus alterius cauſe partialiter con currentis/ ſcilicet voluntatis. Et ſic etiam dicitur ſynderesis remurmerare malo:

[margin: Synderesis capit̄ dupliciter.]

Quõ ſyndereſis remurmurat malo.

Quare ſyndereſis dicit̃ ſcintilla conſciẽtie

non formaliter vt voluntas/ſed ſolum oſtenſiue: quia oſtendit bonũ eſſe volendũ: ⁊ in hoc eſt occaſio remurmurandi contra malũ. Unde ſicut in ſpeculabilibus habitus principioꝝ vocatur intellectus/⁊ habitus concluſionuꝫ dicitur ſcientia: ita in practicis habitus principiorũ dicitur ſyndereſis/⁊ habitus concluſionum dicit̃ ſcientia: ⁊ ideo etiã ſyndereſis frequenter apud doctores dicitur ſcintilla conſcientie. Concluditur ergo: ꝙ tam ſyndereſis q̃ conſcientia pertinent ad intellectũ practicum: tanquã quidam habitus quibus elicimus actum per quem tendimus ad bonum: ⁊ remurmuramus malo ſolum oſtenſiue: vt dictũ eſt. De ratione patebit ex textu ſequenti.

Sexta diuiſio.

Ratio diuiditur in partem ſuperiorẽ/quę dicitur vir: ⁊ in partem inferiorem/quę dicitur mulier. Unde ratio eſt quędaꝫ vis animę non ſolum cognitiua/ſed etiam motiua. Ratio enim cũ iudicat aliquid eſſe bonum vel malum/ et ibi ſiſtit: tunc eſt potentia cognitiua. Si autem proceſſerit vlterius/⁊ iudicat bonũ eſſe faciendum: ſic eſt potentia motiua. Cuius ſuperior pars de diuinis ⁊ ęternis intendit: inferior autem de tranſitorijs iudicat/⁊ ea diſponit. Item ſuperior pars accipit rationes per leges diuinas: vt hoc eſt faciendum: quia deus pręcepit. Pars autem inferior accipit rationes per leges humanas: vt hoc eſt faciendũ: quia honeſtum eſt: vel quia expedit reipublicę. Et licet pars ſuperior ſe extendat ad contemplationem ęternorũ: differt tamen ab intelligentia: quoniam intelligentia negociatur in ęternis per modum intuitionis: ratio autem non niſi ra/

tiocinando vel conferendo. Inferior autē pars rationis circa
res temporales verſatur: cui coniuncta eſt ſenſualitas: ⁊ ſepe
ab ea allicitur: ⁊ ad peccatum trahitur.

Hec eſt ſeptima particula: in qua autor ponens ſextam diuiſionē / pertractat
rationē ⁊ partes eius. Et quin3 facit. Primo ponit diuiſionē ratiōis
in portionē ſuperiorē / que dicitur vir: ⁊ in portionē inferiorē / que dicitur mulier:
quorū nominū rationē dicam infra. Secundo probat ꝙ ratio que hic diuidit̄ / nō
ſolum includit intellectū / ſed etiā voluntatē: per hoc: quia ratio non ſolū iudicat /
quod pertinet ad intellectū: ſed etiā imperat bonū eſſe faciendū / ⁊ malū eſſe fugi/
endum: quod pertinet ad voluntatē. Et hoc etiā tenet Sco. in. xxiiij. diſ. ij. vbi que
rens / vtrū portio ſuperior ſit diſtincta ab inferiori: dicit ꝙ huius queſtionis poteſt
eſſe duplex intellectus. Primus: vtrū portio ſuperior ſit tm̄ vna potētia: ⁊ portio
inferior ſit tm̄ vna alia diſtincta ab illa. Et iſte ſenſus eſt falſus: quia neutra portio
eſt tm̄ vna potentia. Nam imago beatiſſime trinitatis: que perſiſtit in memoria / in
telligentia ⁊ voluntate: eſt in vtra3 portione. Hec autē tria nō ſunt vna potentia:
vt patet ex predictis. Alius intellectus queſtionis eſt: accipiendo aliquā potentiā
in portione ſuperiori / vt intellectiuā: ⁊ aliquā ſimilem inferiori / ſc3 etiā intellectiuā
Unde intellectiua in ſuperiori ratione ⁊ in inferiori ſint diſtincte potentie: ⁊ ſimili/
ter quereret̄ de voluntate: ⁊ reſpondet ꝙ non: quod probat ibidem tribus rationi
bus: quas amore breuitatis omitto. Hoc etiā patet per Augu. xij. de trinita. ca. iiij
vbi ponens hanc diuiſionē dicit: Anima in hec duo / ſc3 portionē ſuperiorē ⁊ infe/
riorem / non niſi per officia geminamus.

Utrū portio ſupior ſit diſtincta ab inferiori.

¶ Tertio autor ponit duas differentias
inter predictas portiones. Prima: q2 portio ſuperior eſt reſpectu diuinorū ⁊ eter/
norum: inferior vero reſpectu temporaliū. Ad cuius declarationē conſyderandū
eſt ſm Sco. vbi ſupra / ⁊ in multis alijs locis: ꝙ imago benedicte trinitatis nō cō/
ſiſtit tm̄ in potentijs: que ſunt memoria / intelligentia ⁊ voluntas: quia per ſolas
potentias licet repreſentetur conſubſtantialitas perſonarū diuinarū: nō tamē ori/
ginatio. Ne3 etiā conſiſtit ſolum in actibus illarū potentiarum: qui ſunt intellectio
⁊ volitio: quia licet ibi repreſentet̄ originatio perſonarū / nō tn̄ conſubſtantialitas:
ſed illa imago repreſentat̄ per potentias vt ſunt ſub actibus: per potentias eñi no
tatur cōſubſtātialitas: per actus vero origo. Et q2 qñ iſte tres potētie ſunt ſub acti
bus reſpectu obiecti eterni: magis repreſentant imaginē trinitatis eterne: ⁊ minus
qñ ſunt ſub actibus reſpectu obiecti tēporalis. Ideo iſte tres potentie exprimētes
imaginē / reſpectu eternorum dicunt̄ portio anime ſuperior: ⁊ reſpectu temporaliū di/
cuntur portio anime inferior. Hinc etiā eſt ꝙ Auguſtinus dicit imaginem eſſe in
portione ſuperiori / ⁊ nō in portione inferiori: nō ꝙ omnino ibi non ſit / ſed q2 eſt mi
nus expreſſa. Nam in diuinis intellectus qui eſt principiū productiuū filij / et vo/
luntas que eſt principiū ꝓductiuū ſpūſſancti: intelligendo ⁊ volendo obiectū tē/
porale ſiue nō eternū / nō ꝓducunt filium ⁊ ſpiritūſanctū: q2 tunc dependerent iſte
due perſone a re tēporali. Sed hmōi principia ſiue potentie intelligēdo ⁊ volendo
eſſentiā diuinā / que eterna eſt / principiant perſonas. Secūda differentia eſt hec:
quia ratio ſuperior ratiocinat̄ ꝑ leges diuinas: inferior vero per humanas: exem/
pla ſunt in textu.

Differentie portionis ſupioris ⁊ inferioris.

De magnitudie trinitatis

Utrum imago trinitatis ſit etiā in portione inferiori.

¶ Quarto autor comparat rationē ſuperiorē ad intelligentiā:
in hoc q2 portio ſuperior etiā ſe extendit ad cognitionē eternorum / queēadmodū ⁊ in/
telligentia. Tamē differēter: q2 intelligentia eſt circa eterna ꝑ modū ſimplicis ap/

prehenſionis: Ratio vero que videt̃ includere quandã collationẽ/nõ eſt circa eterna/niſi ratiocinando vel conferendo. Hec aũt differẽtia rationis ſuperioris ab intelligentia/ magis dicta eſt ad opinionẽ cõmunẽ q̃z Auguſtini: ſicut ⁊ alia multa que ſupra dixi/diuidendo intellectũ practicũ in ſynderesim ⁊ rationẽ: ⁊ vltra ſubdiuidendo rationẽ in portionẽ ſuperiorẽ ⁊ inferiorẽ. Nam ſynderesis non tam eſt intellectus practicus q̃z habitus/vel actus intellectus practici: ſicut ⁊ conſcientia cuius ipſa ſyndereſis dicit̃ ſcintilla: vt iã patuit. Similiter diuiſio rationis in portionẽ ſuperiorẽ/ nõ ſolũ videt̃ pertinere ad intellectũ practicũ. Unde Sco. vbi. ſ. allegando Auguſt. dicit/ ꝙ ad portionẽ ſuperiorẽ nõ minus ſpeculatio q̃z praxis

Utraq̃z portio rationis dicit totam animam.

pertinet: ideo (quicquid hic dicit autor) tenendum eſt: ꝙ vtraq̃z portio dicit animã rationalem cum ſuis potentijs: qui ſunt memoria/ intelligentia ⁊ voluntas: quia aliter per neutram earum repreſentaretur imago trinitatis. Et hoc eſt quod volebat autoritas diui Auguſtini ſupra allegata his verbis: Animam in hec duo/ſcilicet portionem ſuperiorem ⁊ inferiorem/non niſi per officia geminamus. Et ita patet: ꝙ ſuperior ratio includit in ſe etiam intelligentiam. Nã intelligentia aut dicit intellectum poſſibilem/aut actum eius ſcz ipſam intellectionem/aut vtrũq̃z. Et tertio modo capta eſt pars imaginis/vt ex predictis patere poteſt: que imago relucet

De cõiunctiõe portionis inferior̃ cũ ſenſualitate.

in ratione: ergo ⁊c. ¶ Ultimo autor dicit: ꝙ portioni inferiori rationis ꝓpter hoc quia verſat̃ circa res tẽporales/cõiunctio eſt ſenſualitas ſeu appetitus ſenſitiuus. De quo ſupra diximus: ⁊ ideo etiam ſeparatio inferior allicitur ⁊ trahitur ab ipſa ſenſualitate ad peccatum. Cuius exemplum pulchre expoſuit Auguſtinus. xij. de Trinitate/his verbis: Sicut in coniugio illorum primorum parẽtum ſerpens mãducandum perſuaſit: mulier autem non manducauit ſola / ſed viro ſuo dedit: ⁊ ſimul manducauerunt: ita ⁊ in quodam ſecreto coniugio/quod in vno homine geritur ⁊ dinoſcitur: cum rationi qui in rebus temporalibus agendis ratiocinandi viuacitate verſatur/animalis ſenſus ingerit quandam illecebram: tunc velut ſerpens alloquitur feminam: huic autem illecebre conſentire eſt de ligno vetito edere. Sed ſi iſte conſenſus ſola cogitationis delectatione contentus eſt: ſuperiori vero autoritate ita retinentur membra/ vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato: ſic habendum exiſtimo velut lignum vetitum mulier ſola comederit. Si autem in conſenſu illo ita decernitur quodq̃z peccatum: vt ſi ſit poteſtas / etiam opere impleatur: intelligenda eſt mulier dediſſe viro ſuo ſimul edendum illicitum cibũ: neq̃z eñ poteſt peccatum non ſolum cogitandum ſuauiter/verumetiam perpetrandum efficaciter mente decerni: niſi ⁊ illa mentis intẽtio/ penes quam ſumma poteſtas eſt membra in opus mouendi vel ab opere cohibendi/male actioni cedat. Ex

Quare portio rationis ſuperior vocat̃ vir/et inferior femina.

quibus verbis Auguſtini patet: ꝙ ideo portio ſuperior ratiõis nominata eſt vir: inferior vero mulier: quia ſcilicet inferior debet obedire ſuperiori/ ſicut mulier rectori viro: penes quem eſt omnis poteſtas. Quod vt clarius ſit: audi ſimilem ſententiam eiuſdem doctoris/ in libro contra Manicheos: Etiam (inquit) in vnoquoq̃z noſtrũ nihil aliud agitur/cũ ad peccatũ quiſq̃z dilabitur: quoniã tunc actũ eſt in illis tribus: ſcilicet ſerpente/muliere ⁊ viro. Nam primo fit ſuggeſtio ſiue per cognitionem/ſiue per ſenſus corporis/ vel videndo/ vel tangendo/ vel audiendo/

Quõ fit peccatuz ex ſuggeſtione.

vel guſtando/vel olfaciendo. Que ſuggeſtio cũ facta fuerit: ſi cupiditas noſtra nõ moueatur ad peccandum/excluditur ſerpentis aſtutia: ſi autem mota fuerit/quaſi iam mulieri perſuaſum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiã cõmotam cupiditatem refrenat ⁊ compeſcit: quod cũ fit/nõ labimur in peccatum: ſed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autẽ ratio cõſentiat: ⁊ quod libido cõmouerit/faciendũ decernat: ab omni vita beata tanq̃z de paradiſo expellit̃ homo: iam eñ peccatum imputat̃/etiã ſi nõ ſubſequat̃ factũ: qñ rea tenet̃ in conſenſione cõſcientia. ¶ Ulti-

Liberum arbitriũ.

mo circa predicta ſciendũ: ꝙ in ea parte anime/in qua ratio ſuperior ponit̃: liberũ arbitriũ eſt: qḋ diffinit̃ ſic: Eſt facultas rationis ⁊ volũtatis qua bonũ eligit̃ gra

tia aſſiſtente/vel malum ea diſcedente. Et dicitur liberum quantū ad voluntatē/ que ad vtrūꝫ flecti poteſt: arbitrium vero quantuꝫ ad rationem/cuius eſt diſcernere inter bonum et malum.

Itē intellectus alius in habitu: qui cū vult/ poteſt intelligere.

Alius eſt in actu: qui actualiter ſe ad intelligibile cōuertit.

Hec eſt octaua particula: in qua autoꝛ ponit ſeptimā diſtinctionem. Nō eſt autem hec diuiſio in diuerſas potentias/ſed in modos diuerſos euiſdē potentie: nā idē intellectus poſſibilis qn̄qꝫ eſt in habitu/cū ſcꝫ habet ſpeciē alicuiꝰ rei intelligibilis vel quācūꝫ noticiā habitualē ⁊ quaſi quieſcentē: et qn̄qꝫ in actu/cū actualiter cōſyderat. Unde etiā ſupꝛa dictū eſt: ꝙ intellectus poſſibilis inquantū reſpicit ſpeciē intelligibilē ab intellectu agente cauſatā/dicitur memoꝛia: qn̄ vero recipit actualē intellectionē ꝓductā ab ipſo intellectu ⁊ ſpecie intelligibili/tunc dicitur intelligentia. Qđ vt melius intelligaṫ/cōſyderandū eſt ſm Ariſt. ij. de aīa: ꝙ intellectus poſſibilis pōt eſſe ſciēs in potentia dupliciter. Pꝛimo: qn̄ nondū habet ſcientiā/ſed pōt eā habere: et tunc dicitur eſſe in potētia ⁊ ad ſcientiā que eſt actus pꝛimus: ⁊ ad ſcire/qđ eſt actus ſecundus. Secūdo diciṫ ſciens in potentia/qui iā habet ſcientiā: ſed nō operaṫ ſm eā: et talis iā eſt ſciēs in actu p̄mo: ſed ſolū dicitur in potentia ad actū ſecundū ſeu operationē. Pꝛimus dicitur ſciēs in potentia remota ſeu eſſentiali: ſecundus diciṫ ſciens in potētia pꝛoxima ſeu accidentali: qꝛ pōt opari ſm ſcientiā qn̄ vult/niſi aliqđ impediat. Iſte igiṫ intellectus diciṫ in habitu: ⁊ cognitio eius diciṫ noticia habitualis ſeu quieſcens: vt patet de philoſopho doꝛmiēte. Si autē actualiter cōſyderat/excitando in ſe habitū q̄ſcentem: dicitur intellectus in actu: qꝛ ſe actualiter cōuertit ad intelligibile.

Sciēs in potētia diciṫ dupliciter.

Et ſciendum ꝙ aliter intelligit deus/aliter angelus/ aliter homo. Intellectus enim diuinus ſeip ſum et ſeipſo res cognoſcit. Intellectus autem angeli intelligit res per ſpecies ſibi concreatas: queͅ ſunt ſimilitudo rei. Sed intellectus humanus intelligit res per ſpecies abſtractas a rebꝰ particularibus per ſenſum pꝛius cognitis: ſed deum non cognoſcit per ſpecies abſtractas: quia ſimilitu do abſtracta ſimplicioꝛ eſt iſto a quo fit abſtractio: deo autem nihil ſimplicius eſt.

Vltima particula in qua tangit differentiam inter modum intelligendi dei/angeli ⁊ hominis. Ad cuius differentie intelligentiam duo ſunt ſupponēda. Prima ſuppoſitio: Ad omnem intellectionem requiruntur duo/ ſcilicet intelligens ⁊ intellectū. Intelligens eſt ipſe intellectus/vel id quod habet intellectū. Nam habens intellectum eſt id quod intelligit: intellectus vero id quo intelligit. Intellectum eſt quod intelligitur/ vt obiectum: quod debet eſſe preſens

Repreſentatiuū duplex.

in ſe vel in ſuo repreſentatiuo. Secūda ſuppoſitio: Repreſentatiuum alicuius obiecti poteſt eſſe duplex. Quoddam enī eſt repreſentans formaliter: aliud virtualiter vt ſpecies albedinis repreſentat formaliter albedinem ⁊ omnia ſuperiora quidditatiue incluſa in albedine: ſed ſimilitudinē fundatam in illa albedine ⁊ alias paſſiones ſuas repreſentat ſolum virtualiter. ¶ His ſuppoſitis declaro differentiam

De cognitione dei.

poſitam in textu/ſic: Intellectus diuinus cognoſcit ſe ⁊ alia a ſe per eſſentiam ſuā: que eſt eius obiectum adequatum/continens virtualiter ⁊ eminenter omnia alia cognoſcibilia. Et licet ille omnia intelligit perfecte ⁊ diſtincte vnica intellectione ⁊ ſimplici: que eſt idem cum ipſo/ſm Ariſtotelem. xij. metaphy. tamen in illa intellectione poſſunt ſignari tria ſigna nature/, vt dicit Scotus in prologo ſoluēdo. q. iij. Ita ꝙ in primo ſigno nature eſt eſſentia primo cognita in intellectu ſuo: ⁊ in ſecundo ſigno nature quidditates virtualiter continentes veritates proprias: hoc eſt/ propoſitiones neceſſarias de illis quidditatibus formabiles. In tertio autem ſigno nature ſunt ſibi note iſte veritates virtualiter/contente in illis quidditatibus que ſunt note in ſecundo ſigno: ita ꝙ eſſentia diuina continens virtualiter omnia alia cognoſcibilia: quaſi prius natura cauſat illas quidditates intellectui ſuo notas ꝗ̃ veritates fiant note: tamen ille quidditates finite nullam virtutem habent reſpectu intellectus diuini īmutādi: quia intellectus diuinus cum ſit infinitus/nō eſt natus perfici aut moueri ab illis quidditatibus finitis: quia infinitū nullo modo poteſt perfici a finito. Sic ergo patet: ꝙ eſſentia diuina mouet intellectum diuinum ad cognitionem oīm ordine quodam. De quo ordine motiōis intellectus diuini a ſua eſſentia poteris legere plura apud doctorem noſtrū in. q. q. xiiij. ¶ De

De cognitione angelorum.

cognitione autem angelorum pono aliquot propoſitiones ad intentionem Scoti. in. ij. ſen. diſtin. ij. Prima propoſitio: Nō habemus regulam certam de intellectu angelico. Patet: quia neq; ei poſſumus attribuere oēm perfectionē/que eſt in intellectu diuino: neq; tantā imꝑfectionē quantā experimur in intellectu noſtro. Secunda propoſitio: Rationabile eſt ei attribuere omnem perfectionem/que non repugnat intellectui creato. Tertia propoſitio: Non repugnat angelo intelligere ſe per ſuam eſſentiam: ita ꝙ ſua eſſentia ſit ratio cognoſcēdi ſe. Verūtamen illa intellectio qua angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiam/ nō eſt idem cum eſſentia ſua: ſicut intellectio qua intellectus diuinus intelligit ſuā eſſentiā/eſt idem cum eſſentia diuina. Unde. xij. metaphyſi. dicitur: ꝙ intelligere dei eſt ſuum eſſe. Quarta ꝓpoſitio: Angelus habet duplicem cognitionem: Unam qua cognoſcit res vt ſunt in eſſentia diuina: ⁊ illa vocaꝛ a theologis matutina. Aliā qua cognoſcit res vt habent eſſe in ſuo proprio genere: ⁊ hec dicitur veſpertina. Prima eſt intuitiua: ſecunda poteſt eſſe intuitiua ⁊ abſtractiua. Quinta propoſitio: Angelus ad cognoſcendū diſtinctas q̇dditates/alias a ſe habet diſtinctas rōnes cognoſcēdi ſeu ſpēs: ita ꝙ per aliā ſpeciem cognoſcit hominem/per aliā equū: ⁊ hoc intelligiꝛ de cognitiōe rerū in ꝓprio gn̄e. Sexta: Angelus nō poteſt ſimul plures intellectiones habere. Septima: ſi non eſſent ſpecies oīm quidditatū angelo cōcreate/non eſſet inconueniens angelum acquirere illas. Octaua: Dato ꝙ deus concreauit angelo ſpecies oīm quidditatum: non oportet tn̄ dicere/ꝙ ei cōcreauit ſpecies oīm ſingulariū illarum q̇dditatū. Nona: Dato etiā ꝙ tā ſpecies ſingulariū ꝗ̃ q̇dditatū concreauerit deꝰ intellectui angeli: adbuc tamen per illas nō poteſt habere oēm cognitionē ſibi poſſibilem: quia non intuitiuam. Iſta enī nō pōt haberi per ſpeciē obiecti/ que ma

nere poteſt obiecto abſente. Per hoc enim differt cognitio intuitiua a cognitione abſtractiua: quia cognitio abſtractiua pōt eſſe de re abſente ⁊ non exiſtente: dummodo ſpecies eius ſit p̄ſens intellectui. Sed ad cognitionem intuitiuā non ſufficit ſpecies: ſed requiritur ꝙ obiectum ſit preſens in ſua propria exiſtentia: vel ſaltē in aliquo in q̄ eminētius cōtinet̄ q̄z in ſeipſo/ puta in eſſentia diuina: vt vult Sco. ij. diſtin. j. q. iij. et. xiij. diſ. iij. q. iij. Decima propoſitio: Angelus habet intellectū agentem/ qui poteſt cauſare ſpeciem: et poſſibilem/ qui recipiat illam ſpeciem. Vndecima propoſitio: non eſt incōueniens vt angelus dependeat a corpore/ vt ab obiecto. Omnis enim intellectus paſſiuus qui non poteſt habere in ſe perfectionem obiecti/ dependet ab obiecto circa quod operat̄. Duodecima: falſum eſt angelū nihil intelligere/ niſi per ſpecies concrcatas. Has omnes propoſitiōes ⁊ earum probationes incipiendo a ſexta/ inuenies apud Sco. diſ. ix. ij. q. ij. Tredecima: angelus poteſt habere cognitionē diſcurſiuā/ ita ꝙ ex noticia vniꝯ poteſt venire in cognitionem alterius. Vltima propoſitio: non poteſt communiter aſſignari diſtinctio ſpecifica inter angelum et animā intellectiuā: per hoc: quia cognitio anime eſſet diſcurſiua ⁊ non angeli: nam et cognitioni angelorū non repugnat diſcurſus: et anima chriſti non diſcurrebat: ſed ipſa in principio ſui nouit habitualiter oīa principia ⁊ omnes concluſiones: et tamen ipſa non fuit natura angelica. Has duas propoſitiones tangit Sco. diſti. j. ij. q. vlti. et. xiij. diſ. iij. q. iij. ¶ De cognitiōe noſtri intellectus pono etiā has propoſitiones. Prima: intellectus noſter neq̧ ſe neq̧ alia cognoſcit per ſuā eſſentiam. Patet per Ariſt. iij. de anima dicentē: Anima intelligit ſe ſicut alia: ſed alia non cognoſcit per eſſentiam: ergo neq̧ ſe. Secūda propoſitio: Intellectus noſter non intelligit ſe neq̧ alia per ſpecies cōcreatas. Patet: quia intellectꝯ noſter in principio ſui eſt ſicut tabula in qua nihil depictū eſt. iij. de anima: et ibidem dicitur ꝙ nihil eſt eorum que ſunt ante intelligere. Tertia propoſitio: Intellectus nō poteſt ſe intelligere niſi alijs prius intellectis: vt dicitur. iij. de anima: ⁊ ideo ſolū ſe intelligit per ſuā intellectionē reflexe ⁊ quaſi arguitiue. Quarta propoſitio: Intellectꝯ noſter nō intelligit niſi moueat̄ ad intelligendum a ſpecie intelligibili: cauſata virtute luminis intellectus agentis ex fantaſmate: vt ſupra dictuz eſt. Quinta propoſitio: Obiectum noſtri intellectus pro ſtatu iſto ad quod naturaliter attingere poteſt (ita ꝙ habeat eius conceptum proprium ⁊ ſimplicē) eſt quidditas rei ſenſibilis: quia ſolum illius ſpeciem pōt habere ex fantaſmatibus ꝑ quā intelligit: intelligendo non de ſenſibili proprie ſolū ſed etiam de incluſo eſſentialiter vel virtualiter in ſenſibili: vt dicit Sco. xiij. q. q. Sexta: nullius ſubſtantie pro hoc ſtatu habemus propriā ſpeciem intelligibilem in noſtro intellectu: quoniā omnia ſantaſmata a quibus abſtrahuntur ſpecies intelligibiles/ ſunt accidentiū. Septima ꝓpoſitio: nulla ſubſtantia immutat immediate intellectum noſtrum ad aliquā intellectionē ſui/ ſed tantū accidens ſenſibile. Octaua propoſitio: nullū conceptū poſſumus habere de ſubſtantia/ niſi qui poteſt abſtrahi ab accidente ſenſibili. Nona propoſitio: de qualibet ſubſtantia ſoluz habemus conceptum entis ⁊ nullum alium ſpecialiorem: loquendo de conceptu quidditatiuo ⁊ ſimplici. Patet: quia hunc ſolum poſſumus abſtrahere ab accidēte ſenſibili/ cōmunem illi ⁊ ſubſtantie. Decima: de ſubſtantia tam materiali q̄z immateriali poſſumus habere conceptum propriū: non tamen quidditatiuū/ ſed ſolum deſcriptiuū/ conſtitutum ex conceptu entis ⁊ accidentium poſitiuorū vel priuatiuorū: vt deum concipimus per ens infinitū/ per ſummuz bonū ⁊c̄. Similiter ſubſtantiam concipimus hoc conceptu aggregato: videlicet ens per ſe/ ens nō in alio ⁊c̄. vt declarat Sco. ij. metaphy. q. iiij. Vndecima propoſitio: licet ex cōceptu accidentis venimus in conceptum ſubſtantie/ cōuertibilem cum ſubſtantia: tamē nullo modo per accidentia poſſumus venire ad coceptum ſubſtantie quidditatiuum/ ſimplicem/ et proprium. Patet: quia ſm̄ Sco. iij. diſt. j. q. j. nullū obiectum

Q̄ anima chriſti cognoſcebat oīa ſine diſcurſu.

De cognitiōe intellectus humani pro ſtatu iſto

De obiecto intellectus noſtri.

conceptum ſimplicē ⁊ proprīū alterius in aliquo intellectu/niſi contineat illud eſ/
ſentialiter aut virtualiter:ſed nullum accidēs continet quidditatē propriam ſub
ſtantie eſſentialiter/vt notū eſt:nec virtualiter:quia continens virtualiter ſemper
eſt perfectius contento:et etiam eſt contra ratione̅ poſterioris eſſentialiter conti/
nere virtualiter ſuum prius:vt dicit Scotus ibidē. Accidens autem eſt poſterius
eſſentialiter ſubſtantia:ex. vij meta. Ultima propoſitio:nullius ſubſtantie habe/
mus conceptum proprīū qui non eſſet cōnotatiuus:patet ex dictis. Has omnes
propoſitiones inuenies apud Sco.iij.diſtin.j.et in alijs locis. Omnes tamē pro
poſitiones iſte intelligende ſunt pro ſtatu iſto:nā loquendo de intellectu ſeparato
vel coniuncto corpori glorificato:ex virtute ſua poteſt perfecte et diſtincte intelli/
gere oīa/q̄ intellectꝰ angelicꝰ ex virtute ſua intelligit. Unde Sco.xiiij.q.q.dicit ꝙ
obiectum adequatū intellectui noſtro ex natura ſue potentie ſeu ad quod pōt na/
turaliter attingere/non eſt aliquod ſpecialius obiecto intellectus angelici: qr q̄c/
quid poteſt intelligi ab vno/pōt et ab alio. ¶ Ultimo autor addit ꝙ intellectꝰ hu
manus non poteſt cognoſcere deum per ſpeciem abſtractam:et hoc verum eſt ꝓ
quocunqꝫ ſtatu:et non ſolum eſt verum de intellectu humano/ſed etiam angelico
Nullus enim intellectus creatus ex naturalibus poteſt cognoſcere eſſentiam di/
uinam immediate ſub propria ratione:vt probat Scotus xiiij.q.q. Probatio au/
tē autoris ad hoc inducta non ſatis eſt efficax: fortaſſe enim non oportet ſpeciem
abſtractā ab aliquo eſſe ſimpliciorē eo a quo eſt abſtracta:ſed neceſſario debet eſ/
ſe ens diminutū ſeu deficiens a perfectione rei cuius eſt ſpecies. Unde Sco. iij.di
ſtin.ij.q.ix.tenet ꝙ non videtur inconueniens ſpeciem repreſentātem diſtincte eſ/
ſentiam diuinam/inditam eſſe a principio intellectui angelico:ita ꝙ licet ipſa non
ſit naturalis intellectui:hoc modo ꝙ ipſe intellectus ex naturalibꝰ ſuis poſſit eaꝫ
acquirere:neqꝫ etiam ꝙ poſſit eam habere ex actibus alicuius obiecti agentis na
turaliter:quia eam non poteſt habere ex potentia obiecti mouentis/niſi eſſentie di
uine tantū:que nullum intellectū creatum mouet naturaliter:quia reſpectu cuiuſ
libet intellectus creati eſſentia diuina eſt obiectū voluntariū. De ſimplicitate aūt
dei hoc teneas ex ſententia Sco.diſ.viij.j.q.ſ.⁊ vltra:ꝙ licet deus ſit ſumme ſim
plex quantū ad realitatem:quia ſcꝫ non eſt compoſitus in ſe/nec cuicūqꝫ alteri cō
ponibilis:tamen conceptus dei non eſt ſimpliciter ſimplex:quia eſt reſolubilis in
plures cōceptus:ſcꝫ in conceptum entis/et alios per quos determinatur ille con/
ceptus entis communis ad deum. Solus enim ille conceptus dicitur ſimpliciter
ſimplex/qui eſt irreſolubilis in alios:vt eſt conceptus entis et eius paſſionum: ſi
militer differentiarum vltimarum.

De intel/ lectu ſepa to a cor/ pore.

De ſim/ plicitate dei.

¶ Paruuli philoſophie naturalis/cum gloſſa
textuali ad Scoti intentionem/finis.

Baſilee:ex edibus Ade Petri.
Menſe Septembri. An
no M D XVI.